

NOVA

SUBSIDIA DIPLOMATICA

AD

SELECTA JURIS

ECCLESIASTICI GERMANIAE

ET

HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA

CONGESSIT ET EDIDIT

STEPHANUS ALEXANDER WÜRDTWEIN

EPISCOPUS HELIOPOLENSIS SUFFRAGANEUS WORMATIENSIS.

TOMUS NONUS.



HEIDELBERGAE,

SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,

MDCCLXXXVII.

LECTORI AMICO SALUTEM!

In hujus & ſequentis Tomi ſigillis, quae vel ſtantis vel ſedentis Archiepiſcopi figuram referunt, pedi loco crux denuo conſpicitur, quam Archiepiſcopus ſtans dextra, ſedens vero ſiniſtra tenet.

AD SIGILLUM XXXVI.
ADOLPHI
ARCHIEP. MOGUNT.
ab an. MCCCCLXI - MCCCCLXXIV.

Praeter ſigillum *Adolphi* Tomo VIII. praecedente jam exhibitum & deſcriptum, tria alia inter ſe diverſa quam lubentiſſime communicamus.

In primo Majori figurae ovalis Archiepiſcopus mitra pretioſa & pallio ornatus, dextra librum & ſiniſtra crucem tenens ſedet. A latere dextro Rota Moguntina, a ſiniſtro autem Leo Naſſovicus apparet. Inſcriptio talis eſt: *SIGILLUM ADOLPHI DEI GRATIA SANCTAE MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPISCOPI SACRI ROMANI IMPERII PER GERMANIAM ARCHI-*

CANCELLARII AC PRINCIPIS ELECTORIS.

In Sigillo minori rotundo ſtat mitratus Archiepiſcopus cum pallio dextraque crucem & ſiniſtra librum tenens. Rota Moguntina ab uno, ab altero autem Leo Naſſovicus. Legitur circum circa: *SIGILLUM ADOLFFI ARCHIEPISCOPI MAGUNTINENSIS.*

In minimo ſcutum apparet bifidum ex una parte rotam Moguntinam cum radiis ſex, Leonem Naſſovicum ex altera exhibens. Inſcriptum: *SIGILLUM ADOLFFI † ARCHIEPISCOPI † MAGUNTINI.* idque ex Archivio Naſſovico-Weilburgenſi eſt ſubminiſtratum.

Subjungimas quasdam chartas ſigillo *Adolphi* munitas.

I. *Adolphus* Electus & confirmatus conſtituit Archiſtrategum contra Palatinum & *Dietherum* in partibus trans Rhenanis. *deſinit:* Han wir unſer Ingeſiegel thun hencken an dieſen brieff, der geben iſt zu *Erenfels* am Donnerſtag nach Epiphaniae Domini Anno ejusdem MCCCCLXXII. *de Guden.* Tom. IV. p. 348.

II. *Adolphus* confirmat permutationem juris patr. & erectionem beneficiorum factam a Fratribus Domus Teutonicae prope *Marburg & Schenckiis de Schvveinsburg. finis:* ſigillum noſtrum. . appenſum eſt. . Datum in Oppido noſtro Frizlarienſi die viceſima menſis Marcij anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexage-

gesimo secundo. *Kuchenbecker Anal. Hass. Coll.* 1. *p.* 109.

III. *Adolphs* Ertzb. zu *Mainz* revers die stadt *Erfurt* an iren freiheiten nicht zu irren. *explicit:* und des zu wahrem urkunde, haben wir unser ingesiegel thun hencken an diesen brieff der geben ist in unser stadt *Menze* am fritage sent *Agneten* tag nach *Christi* geburt vierzehen hundert und darnach im drey und sechzigsten jaren: *Lünig part. spec. Cont. II. th. II. forts. p.* 466.

IV. *Adolphus* eximit *Dietherum* ab omni jurisdictione Archiepiscopali. *finis:* und des zu urkunde. *de Gud.* T. IV. p. 368.

V. *Adolfi* Archiep. litterae de admittendis semel in anno quaestionariis S. *Valentini* Martyris Rubeacensis . . VI. . jan. MCCCCLXIV. *Joannis spicileg.* p. 517.

VI. *Adolphi* syngrapha, qua se profitetur debitorem *Petri Ferrici* Nuntii & oratoris Apostolici. *desinit:* In cujus rei . . Datum *Hofheim* XXI. . . Febr. . . MCCCCLXIV. *de Guden.* T. IV. p. 372.

VII. *Adolphi* consensus in Capellae Castri *Heinzenberg* incorporationem cum illa Castri *Wartenstein. explicit:* sigillum nostrum appensum. . . Datum. . . VII. mensis Junij. . . MCCCCLXIV. *de Guden.* T. IV. p. 372.

VIII. *Adolfus* ratificat ordinationes de capella in *Godesborn* factas. *finis:* in cujus . . Datum in Civitate nostra Maguntina die Mercurii XX. mensis Junij Anno. . MCCCCLXIV. *de Gudenus* T. IV. p. 374.

IX. *Adolphus* Archiep. Mogunt. concedit indulgentias ſtipem conferentibus ad ſtructuram templi *Albarum Dominarum*. *deſinit:* harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Maguntina die XXI. menſis Julij MCCCCLXIV. *Joann.* T. II. p. 868.

X. *Adolphus* Archiep. bona quaedam monaſterio S. *Jacobi* donat, ut aliquo modo poſſit refici. *finis:* Datum die XX. VII. menſis Maji MCCCCLXV. *Joannis.* T 2. p. 814.

XI. *Adolphi* Archiep. Mog. litterae patentes ad triennium duraturae, pro colligendis ſubſidiis ad conſummandam ſtructuram Eccleſiae Fuldenſis una cum coenobio voracibus flammis in cineres redacto. *explicit:* Datum in civitate noſtra Maguntina die VI. menſis Julij Anno. . . MCCCCLXV. *de Gudenus* T. IV. p. 376.

XII. De jure patronatus parochiae in *Wiſſbaden* ſpectante ad Domum ordinis Teutonici Mog. quod ejusdem ordinis Magiſter *Udalricus de Lentersheim* transtulit in Archiep *Adolphum & Joannem* Naſſovicum, eo tamen pacto, ut ſalvis juribus ceteris circa bona & decimas cum parthenone *Tiefendal* permutatas alternative, ceu fuit, illud cum Abbatiſſa exerceant &c. *explicit:* zu urkund haben wir *Adolf* erwelter .. Unſer Ingeſiegel an dieſſen brieff thun hencken, der geben iſt zu *Mentz* am Dinſtag nach S. *Matheus* dag (1465). *de Gundenus* Tom. IV. p. 380.

XIII.

XIII.

COMMISSIO IN QUA *SALLENTINUS* DE *SCHARPFFENSTEIN* DATUR JUDEX ABBATISSAE ET CONVENTUI MONASTERII SANCTAE *CLARAE*.

Adolphus &c. Honorabili devoto & fideli noſtro dilecto *Sallentino de Scharpffenſtein* Canonico Eccleſiae noſtrae Moguntinenſis ſalutem in Domino ſempiternam; honeſtis ſupplicum votis illis praeſertim, quibus religioſae perſonae nobis ſubjectae liberius divino officio, cui mancipatae ſunt, vacare, uberioremque animarum ſuarum ſalutem ex hoc conſequi valeant, quo minus exterioribus diſtenduntur curis, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis; ſane pro parte religioſarum in *Chriſto* nobis dilectarum Abbatiſſae, prioriſſae & conventus Coenobii ſanctimonialium ſanctae *Clarae* Moguntinenſis praedictae oblata Nobis nuper petitio continebat, quod cum ipſae pro emunctione & extorſione fluctuum, reddituum, proventuum, penſionum & emolumentorum praefato coenobio cedentium, quibus quotidianis diebus ſuſtentari habent, tum pro tenacitate aliquorum, tum etiam malitia & diffugio perniciofe, aut pertinaci negligentia debitorum aliorum, qui ut ad ſolutionem hujusmodi cogantur, propterea in jus vocandi ſunt, judices diverſos ſedis noſtrae praefatae localiter ſegregatos tam ordinarios quam delegatos a nobis depu-

tatos ſive deputandos ut plurimum in . . . . cauſis totalibus utique quae nonnunquam expediunt, ut ad finem debitum deducantur, adequari nequeunt, adire cogantur, non ſine periculoſa ſuorum officiatorum evagatione inutili atque litium ipſarum diſpendio, quodque ipſe non minus ab aliis ſimili dispendio nonnunquam plus debito fatigantur; quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eis in premiſſis & circa ea paterne conſulentes de optimo remedio providere dignaremur; Nos igitur earum ſupplicationi inclinati volentes dispendia litium hujusmodi aequitatis compendio, qua poſſumus induſtria, coartare, ne ipſas in Dei ſervitio conſtitutas contra aequitatem litium amfractibus implicari contingat, tibi praefatarum Abbatiſſae, prioriſſae & conventus, quas propterea ab aliorum tam ordinariorum quam delegatorum a nobis deputatorum aut deputandorum judicum jurisdictione & poteſtate abſolvimus, & eximimus ita etiam, ut praeventioni locus non exiſtat, cauſas generaliter conſtitutas tam reales quam perſonales, quas contra jurisdictioni noſtrae ſubjectos deinceps etiam quacunque praefulgeant dignitate, movere, aut alii contra eas etiam ſimplici conventione inſtituere voluerunt, auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium delegamus & committimus, etiam per alium idoneum legitimo impedimento pro tempore occurrente ſubſtituendum usque ad reſumptionem earundem cauſarum audiendi, cognoſcendi, decidendi & fine debito terminandi, cum om-

omnibus & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus & connexis cum poteſtate citandi, litteras & proceſſus quoslibet neceſſarios decernendi, inhibendi, etiam quibuscunque aliis a te per nos ad quorumcumque cauſam eam agere volentium inſtantiam forſitan deputatis vel deputandis ordinariis vel delegatis judicibus, quorum proceſſus & decreta in eisdem cauſis viribus vacua eſſe volumus, aliaque omnia & ſingula faciendi & exercendi, quae in praemiſſis & circa notoria fuerint, aut quomodolibet opportuna & ipſarum cauſarum merita poſtulaverint, etiam ſi mandatum exigatur magis ſpeciale, quam preſentibus expreſſum extitit, teque jurium, privilegiorum, libertatum, rerum & bonorum earundem ſanctimonialium in noſtra ditione conſiſtentium praeſentibus auctoritate noſtra ordinaria eisdem judicem & conſervatorem deputamus, contradictores & rebelles quoslibet per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia, de quibus tibi viſum fuerit, compeſcendo, invocato ad id, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, teſtes vero, ſiqui producendi & nominandi venerint, ſi ſe gratia, odio vel amore ſubtraxerint, ſimili cenſura teſtimonium veritati perhibere compellendo praeſentibus quousque ea duxerimus revocanda duntaxat valituris, in quorum omnium & ſingulorum robur & teſtimonium praemiſſorum praeſentes noſtras litteras exinde fieri, noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in civitate noſtra Moguntinenſi die viceſima ter-

tia mensis Januarij Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

XIV. *Adolfus* Archiep. Dominicanis concedit licentiam petendi subsidia. *desinit:* Datum in civitate nostra Maguntina die I. mensis Junij MCCCCLXVI. *Joann.* T. II. p. 853.

XV. *Adolfus* coercet moniales ad clausuram strictius observandam. *finis:* Datum in civitate nostra Maguntina die XXIII. mensis Augusti Anno MCCCCLXVI. *de Gudenus* T. IV. p. 384.

XVI. *Adolfus* Archiep. Ecclesiam parochialem prope *Königstein* in collegiatam regularem erigit. *desinit.* Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum Anno Domini MCCCCLXVI. XXIII. die mensis Augusti. *de Guden.* T. IV. p. 386.

XVII. *Adolfus* spondet *Friderico* Palatino, nihil se intermissurum, quin *Henricum Wirtemberg.* ad abdicandum Coadjutoris a se cooptati munus quovis modo induceret. *explicit:* und des zu urkunde haben wir unser ingesiegel an diesen brieff thun hencken, der geben ist zu *Heydelberg* am Dornstag nach dem sontag *Misericordias Domini* Anno .. MCCCCLXVII. *de Gud.* T. IV. p. 395.

XVIII. *Adolphus* inhaerens praemissis superaddit, si Pontifex *Henrico* assensum praeberet, quo in sedem Mogunt. post ipsius *Adolfi* obitum succederet, in arbitrio Palatini tunc fore, utrum pactis conventis ad dies vitae stare velit nec ne? *finis:* und des zu urkunde...

Hey.

Heydelberg am Dornſtag nach dem ſontag *Miſericordias Domini* Anno . . MCCCCLXVII. *de Gud.* T. 4. p. 396.

XIX. *Adolphus* ad inſtantiam Capituli B. V. *Erfordiae* praetorium prope templum ob ſtrepitum cauſarum transferri jubet. *deſinit:* und des zu urkunde . . *Menze* am ſambſtag nach dem ſontag *vocem jucunditatis* Anno . . . MCCCCLXVII. *de Gud.* T. 4. p. 397.

XX. *Adolphus Wirichio de Dhuna* ob auxilium adverſus *Dietherum* Iſenburgicum praeſtitum, partem Moguntinam Caſtri *Neuenbeymburg* oppignorat. *explicit:* und des zu urkunde haben wir unſers capitels ingeſiegel des wir zu den ſachen gebruchen bey des . . gnedigen hern von *Mentz* ingeſiegel gehangen . . . der geben iſt zu *Mentz* am dinſtag nach ſant *Bonifacius* tag Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo. *Senckenberg ſelect.* T. V. p. 373.

XXI.

A. ARCHIEP. MOG. JUBET CESSARI A DIVINIS IN PRAESENTIA *W. de RYFFENBERG* ETC.

Adolphus Dei gracia Archiepiſcopus Maguntinus &c. ac princeps elector.

Lieben andechtigen uns hat angelangt wie ir uſſgebt das wir uch erleubt ſollen haben das ampt der heiligen meſſen und andern gotsdinſts zu volnbrengen in geinwertigkeit *Walthers*

thers von Ryssemberg und der andern die unser geistlichkeit vheden und beschedigen das uns fast befremdet so wir nit zwivelen uch solle wol in gedechtnisse sin das wir des nit erleubt haben, besundern nachdem dieselben durch soliche vhede und beschedigunge nach ordenunge der rechte in solichen sweren banne verfallen aller eren und Gotsdinsts so unwirdig sin das alle die das ampt der heiligen messen in irer geinwertigkeit wissentlichen vollenbrengen ires priesterlichen ampts eren und lehen unwirdig und beflecket werden und darumb so ist nochmals unser ernstlich meynunge ersuchen und vermanen uch by dem gehorsam und andern phlichten damit ir uns als uwerm Ertzbischoff verwant syt ir wollet dieselben bennischen und unwirdigen die nit abgesundert und absolvirt sin myden vor denselben Keynen Gotsdinste vollenbrengen sundern uch halden nach inhalt der procesß wieder sie ussgangen des abschrifft herinn versloßen wir uch mit schicken dieselben procesß auch verkunden und offinbarn und umb das ir bisher uberfaren habt zu uwer notturfft busß und rath gebruchen dan so ir solichs uberfaren verachten und dadurch in swere pene verfallen wurdet wusten wir nach ordenunge der rechte widder uch vollenfaren laßen. darnach wisset uch zu richten. Datum in civitate nostra Maguntina feria sexta post *Viti* & *Modesti* martirum Anno &c. LXVII.

19. Junij.

Inscr.

Inscr. Devotis noſtris in Chriſto dilectis plebano in *Arnoltshan* & Capellano in *Ryffenberg*.

XXII. *Adolphi* teſtimonium ſuper imputatam falſo compoſitionem inter *Adolphum* & *Dietherum* &c. *finis:* und des zu warem urkunde . . . *Aſchaffemburg* am frytag S. *Jacobi* tag des heiligen Apoſtlen . . MCCCCLXVII. *de Gud.* T. IV. p. 401.

XXIII. *Adolphus* Canonicos regulares in *Pfaffenſchvvabenheim* ſubjicit congregationi Windeshemenſi. *deſinit:* ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum in civitate noſtra Maguntina die penultima menſis Julij Anno Domini MCCCCLXVIII. *de Guden.* T. IV. p. 405.

XXIV.

ADOLPHI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI ORDINATIO DE CELEBRANDO FESTO PRAESENTATIONIS B. VIRGINIS *MARIAE*.

A*dolphus* Dei gratia ſanctae Moguntinae ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector. Ad futuram rei memoriam ex ſpeciali devotionis affectu, quam ad inclytam propugnatricem atque glorioſiſſimam ſemper Virginem *Mariam* Dei genitricem ferventi animo gerimus ab intimis propterea deſiderantes, quod feſtum praeſentationis ejusdem Beatiſſimae Vir-

gi-

ginis, quod vicesima prima die mensis Novembris singulis annis celebratur de consuetudine, deinceps annis singulis perpetuis temporibus dicta die solenniter veneretur. Ea propter attendentes, & pie considerantes; quod merita beatissimae Virginis praedictae erga genus humanum tantis honoribus recompensari nequeunt, quin illa majoribus indies & illustrioribus dignissima censeatur hac nostra irrefragabili sanctione statuimus, decernimus ac ordinamus, quod festum praesentationis hujusmodi sicut festum conceptionis Beatae Virginis *Mariae* memoratae per nostras civitates & dioeceses dicta die annis singulis perpetuis futuris temporibus deinceps a cunctis Christi fidelibus solenniter celebretur cum propria historia de eodem festo praesentationis & ubi propria de illo non habetur historia tunc historia de nativitate ejusdem gloriosissimae & intemeratae Virginis recipiatur, sic quod ubi nativitas habetur, praesentatio inseratur. Et insuper ut *Christi* fideles ad majorem devotionem & frequentiorem venerationem dictae praecelsae Dei Genitricis, quae velut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata verum solem justitiae redemptorem nostrum *Jesum Christum* qui illuminat abscondita tenebrarum in mundo potestatis tenebrosae spiritu sancto cooperante perduxit, quae nec visa est primam similem nec habere sequentem, modis congruentibus excitemus: ut exinde fideles ipsi devotionibus & orationibus propriis ac ipsius

Vir-

Virginis interceſſionibus adjuti, noſtrisque inducti excitationibus reddantur divinae gratiae aptiores. Nec non ad praefatum colendum feſtum Virginis intactae eo libentius animentur, quo ex hoc dona coeleſtis gratiae uberius conſpexerint ſe refectos de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum ejus nec non ſancti *Martini* confeſſoris patroni noſtri autoritate & meritis confiſi omnibus vere poenitentibus & confeſſis, qui die praedicta ad laudem & honorem ipſius Virginis in ſingulis Eccleſiis, monaſteriis & aliis locis eccleſiaſticis praefatarum noſtrarum civitatum & dioeceſium in quibus officium ejusdem Virginis celebrari contigerit, divinis interfuerint vel in vigilia ejusdem feſti jejunaverint annuatim, quadraginta dies de injunctis eis poenitentiis miſericorditer in Domino relaxamus praeſentibus perpetuis temporibus duraturis. In cujus rei teſtimonium ſecretum noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum in civitate noſtra Moguntina die penultima menſis Auguſti. Anno Domini 1468.

XXV

XXV.

CONFIRMATIO UNIUS CONCORDIE INTER CONSULES ET PROCONSULES CIVITATIS *ERFFURDENSIS* EX UNA ET DECANO ET CAPITULO ECCLESIE SANCTI *SEVERI* EX ALTERA PARTE.

A*dolphus* Dei gratia &c. Universis & singulis ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in Domino sempiternam. Cum itaque sicuti accepimus quin ymmo veridica didicimus insinuacione Honorabiles in *Christo* nobis fideles dilectos proconsules & consules opidi nostri *Erffurdensis* cum honorabilibus devotis in *Christo* nobis dilectis Decano & Capitulo ecclesie sancti *Severi* dicti opidi nostri *Erffurdensis* certam concordiam sive amicabilem compositionem occasione statutorum duarum prebendarum in dicta Ecclesia sancti *Severi* pro tempore vacancium ad fabricam ipsius ecclesie applicandorum concepisse atque contraxisse sub certis modis & forma, prout in litteris patentibus dictorum proconsulum & consulum *Erffurdensium* sigillo majori munitis plenius continetur, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis: = Wir *Hug Bruns Henrich Molsleuben Claus Hildebrandt* und *Gotschalck* hern *hartungen* Ratismeister *hermann Tenstete heinrich Wisse Meynhart* und *henrich boit* die vier von der gemeynde und der Radt der stat zu *Erffurt* bekennen eyn-

eyntrechtiglichen vor uns und alle unser nachkommen an diesem geynwirtigen offen brieffe und dhun kunth allen den die jne ansehen horen ader lesen als vor gezyten unser frunde und vorfaren der Radt zu *Erffurt* der universiteten des studii daselbst zu eren und nutze von unsern heiligen vettern den Babisten *Urbano* und *Bonifacio* seliger gedechtenisss zwo thumerie und phrunde in der genanten sant *Seuers* kirchen vor zwene doctores ader Lecentiaten in der heiligen schrifft ader jn dem rechten erworben und behalten haben und dieselben Doctores die zu gezyten nacheynander zu den selben phrunden von solicher gnade wegen kommen sint alle mit dem genanten Capitel umb die statuta nemlich umb vierzehen Lotige marck silbers die von iglichem der genanten Kirchen fabricken geboren und zu dem gebuwe gelute geluchte und zu ander zerung und ordenung der genanten Kirchen gehoren allezyt zweytrechtig und uneyns worden sint und der nicht bezalt haben dauon grosss gremenisss und schaden der vorgenanten Kirchen und auch zwuschen dem obgenanten Capittel der universiteten und uns kommen und entstanden sint, und in zukunfftigen Zyten viel grosser ernste kommme und werden mochte das wir darumb mit dem vorgenanten Erbarn Capittel sant *Severs* Kirchen zu *Erffurt* uff und eyn irstatunge solichs schadens und solicher statuta die vortme von den Doctoribus der Lecentiaten die zu denselben phrunde in zukunftigen Zyten kommen werden nummer

 me-

mehir zu heischin gutlichen und gruntlichen eyns worden und uberkommen sindt also das wir von der obgenanten stat *Erffurt* wegen der megenanten Kirchen fabricken gegeben und verbriefft haben eyne ewige Vicarie jn unser Capellen uff unserm raidhuse die itzund der erbar herre herr *Niclaus* von *Gota* zu dieser zyt pherner sanctę *Jorgen* Kirchen zu *Erffurt* besitzet und in ere unser *lieben frauvven* gewyhet ist also das dieselbe vicarie mit jren rentlichen Zinsen und guten daruff dieselbe Vicarie ist gestifftet noch des itz genanten der vicarie besitzers tode ader noch syner ufflassunge und abetredung ob sie mit jme des uberkommen kunden von stund Ledelich an allen intrag und wederrede eyns raths zu *Erffurt* der obgenanten kirchen fabricken sien und darby ewiglichen bliben sal in solicher maiss das eyn iglich fabricken meister die renthe und zinse der obgenanten vicarie vortmehr jerlich jnforderen innemen und dauon dry messe ye die wochen besundern fort meher ewiglichen mit eynen Officianten bestellen und das uberige in der fabricken nutzę und frommen wenden sal und das daz obgenant Capittel die Incorporacien die sie daruber haben mussen uff yre eigen Koste irwerben und usrichten sollen dazu wir on mit brieffen als viele als jne der dartzu noit ist behulffen sien wollen und auch dem genanten herrn *Niclause* itzunt der vicarie besitzer keyns Wechsels on zu schaden gunnen nach gestatten wollen ane allerleye argelist und ane geuerde auch ist betei-

teidingt das die Bruckenmeister der stat dem obgenanten Capittel erplich schriben und bekennen sollen eyn huss das sie haben in der Leuwen gassen an der lincken ecken der twerch gassen die uff der Leuwengassen zu der gera gehit und jerlichen in das bruckenampt erbe zinset eyn phunt phennige uff *Michaelis* und sechs marck verschossit doch also das eyn iglicher vortmer dem das Capitel das obgenante huss zu synen libe verkeuffen wirdet sich auch zu syme libe und nicht erblich daran schribe laisse und lehenrecht darvon geben sal, glicher wise als ander der stat burger desselben glich ist, auch betedinget umb das nüwe huss das die obgenante herren gebuet haben uff der hofestad die vor gezyten *Rammen* ist gewest und von *otten Ziegeler* und syner wirtin zu lehine gehit das wir die vermogen sollen das sie auch in solicher maisse und in der selben wise als vorgeschriben steet das Capittel darane schribe laiss und sie ader wer das selbe huss und hoffe zu libe ader erblichen ine abekeuft der sal eyme rathe zu *Erfurt* drissig margk davon vorschessen alle jar jerlichen und sin erbzinse auch jerlichen den erbherrn davon reichen und geben was ander der obgenant Kirchen ader der Kirchen gledenisse hoffe ader guter vor alder her schosbar gewest sind ader in kortzen jaren an die obgenante Kirchen ader ire gledenisse kommen were ader nach kommen worde die der stat dinstbar ader schosbar gewest sint, ader sie sollen das der stadt schosbar und dinstbar bliben alles ane argelist und an geuerde und das

 alle

alle vorgeschriben rede stuck und artickel diess brieffs und iglich besundern stete gantz und unuerrucket vestiglichen und ewiglichen von uns und alle unser nochkommen gehalten werden des zu urkunde und warem bekentniss haben wir unser stat *Erffurte* gross Ingesiegel vor uns und alle unser nachkommen an diesen geynwirtigen offen brieff Eyntrechtiglichen und wissentlichen laissen hencken und hie by sint gewest und haben diese fruntliche ubertracht und eynunge helffen verteidinge und machen und sien des auch gezugen die erbarn und ersamen herr *Tile* schutheiss Dechant herr *Johann Fuchs* Doctor herre *Wilhelm Williche Ludewvig Wedeldorff* thumherrn der obgenanten Kirchen herr *Huck Brünb* herr *herman Wunne*, her *Sifridt Ziegler* herre *Burghart am berge* herr *Gunther von herbisleüben* und herr *Erhart von Kulmen* ratismeister und vier menner von der gemeynde der stait *Erffurte* geben noch Cristi unsers herrn geburt dusent vierhundert jar und darnoch in dem acht und drissigesten jar am nehisten fritag noch sant *Valntinstag* des heiligen mertelers und bischoffs Nobisque pro parte dictorum Decani & Capituli Ecclesie sancti *Seueri* prelibate fuit humiliter supplicatum quatinus preinsertam concordiam siue amicabilem composicionem admittere approbare & confirmare nec non dictum beneficium ecclesiasticum ad altare beate *Marie* virginis in pretorio siue domo consulari prefati opidi nostri Erfforde sis sitis cum omnibus & singulis suis fructibus redditibus & pro-

proventibus fabrice dicte ecclesie sancti *Severi* incorporare & unire dignaremur nos vero attendentes dictam supplicationem fore justam & racioni consonam concordiam siue amicabilem compositionem predictam & omnia & singula in preinsertis litteris contenta admittimus approbamus ratificamus collaudamus auctoritate nostra ordinaria ea confirmamus nec non altare predictum cum omnibus juribus redditibus & pertinentiis suis prefate fabrice eadem auctoritate incorporamus unimus & annectimus presentium per tenorem proviso tamen quod onera dicto beneficio incumbencia congrue supportentur & quod Magister fabrice dicte Ecclesie sancti *Severi* pro tempore existens in qualibet septimana singulis annis futuris perpetuis temporibus per se aut alium seu alios presbyterum seu presbyteros abiles & ydoneos tres missas in prefato altari statutis a jure temporibus celebret seu celebrari faciat realiter & cum effectu in premissis tamen nostris & successorum nostrorum juribus & consuetudinibus Archiepiscopalibus & synodalibus semper salvis in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Civitate nostra Maguntinensi vicesima sexta die Januarij Anno &c. sexagesimo nono.

XXVI. *Adolphus* consentit in translationem altaris in capella S. *Crucis* extra *Ingelheim* ad parochialem ibidem. *desinit:* In cujus rei testimonium . . . Datum in Civitate nostra Maguntina die XIV. Aprilis

 An-

Anno Domini MCCCCLXIX. *de Gudenus. Tom. IV. pag.* 408.

XXVII.

QUALITER DOMINUS NOSTER REVERENDISSIMUS MANDAT OMNIBUS CONCIONATORIBUS, UT POST SERMONEM SEMPER DICANT CONFESSIONEM GENERALEM PRO INFORMATIONE LAICORUM ET RUDIORUM.

A*dolphus* &c. Univerſis & ſingulis Nobis in Chriſto dilectis Doctoribus, Magiſtris, lectoribus paſtoribus parochialiumque eccleſiarum rectoribus ſeu locatenentibus earundem ceterisque presbiteris regularibus & ſeculari-bus per noſtras civitatem & diocefin Magunt. conſtitutis, quibuscunque nominibus cenſeantur aut quacunque prefulgeant dignitate ſalutem in Domino ſempiternam. Ad ea que ad reduccionem aberrantium ovium & ſalutem animarum pertinent, mentis noſtre aciem dirigentes illa mente ſtatuendo conſpicimus & irrefragabiliter obſervanda, per que fidelibus nobis commiſſis animarum ſalus cum beatitudine oportunitatibus debitis conſulatur, cum ſiquidem juxta pſalmiſtam beati ſunt illi qui in lege Domini die noctuque meditantur & heu multi ſunt in lege Domini errantes ſeu eam penitus ignorantes, ne igitur tales ab erroribus ſeu ignavie hujusmodi diucius periclitentur, ſed deinceps in dicta lege Domini perfectius & amplius inſtruantur, volumus, ſtatuimus

ac

ac in virtute ſancte obedientie diſtricte precipimus & mandamus vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & cuilibet veſtrum, quatenus ex nunc in antea dum quando & quociens vos & aliquem veſtrum in quibusvis monaſteriis, clauſtris, eccleſiis parochialibus aliisve eccleſiis capellis & locis verbum Dei ſeminare ſive proponere aut ſermonem ad populum facere contigerit & confeſſionem generalem de poſt pronuntiare in ambonibus & in genere per ordinem nominatim de quinque ſenſibus ac ſeptem capitalibus peccatis expreſſam habetis in uſu mentionem & bene, ſic eciam ſpecialiter & ſingulatim legem Domini quam ſancto *Moyſi* dedit in monte Synai videlicet dechalogum reſumat, exprimat enarrando ſimiliter in genere decem precepta Domini ſunt iſta: Unum crede Deum nec vane jura per ipſum, ſabbata ſanctifices, habeas in honore parentes, non ſis occiſor, fur, moechus, teſtis iniquus, alterius nuptam nec rem cupias alienam, ut taliter ſalutem per veſtram doctrinam in lege Domini meditantes recipiant beatitudinem ſuarum animarum hujusmodi perpetue duraturam. Harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in civitate noſtra Maguntina die decima ſexta menſis Maji Anno Domini &c. ſexageſimo nono.

XXVIII. *Adolphi* Archiep. Commiſſorium ſuper reformatione monaſterii Sponheimenſis. *finitur:* Harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum praeſentibus appenſum eſt, teſtimonio lit-

litterarum. Datum in Civitate noſtra Moguntina die ultima menſis Julii Anno Domini MCCCCLXIX. *Trithem. Chron. ſponheim. pag.* 381.

XXIX.

WIE ERTZBISCHOFF *ADOLFF* UND DAS THUM CAPITEL ZU *MENTZ* ALLE VERSCHRIBUNG HERRN *DIETHERN* VON *YSENBERG* GEGEBEN MIT IREN GROSSEN INSIGELN BEKREFFTIGET.

Wir *Adolff* von Gots gnaden des heiligenn ſtuls zu *Menntze* Ertzbiſchoff des heiligen Romiſchen Riehs durch Germanien Ertzcantzler und Kurfurſt und wir *Richart* von *Oberſtein* Dechant und das Capittel gemeinlich des dumſtiffts zu *Menntze* bekennen und thun kunth offinliche mit dieſem briefe ſo als wir nach Innhalt der gutlichen aberede zwuſchen uns eyns und dem wirdigen und edeln unſerm lieben ſwager und beſunder guten frunde *Dietherum* von *Iſemburg* grauen zu *Budingen* anderntеyls furgnommen dem benanten unſerm ſwager und frunde ettweuil verſchribunge under unſern anhangenden Ingeſiegeln gegeben und uns darjnn verſchrieben und verpflicht habenn ſo balde und wann wir *Adolff* zu Ertzbiſchoflicher wirde gewyhet ſin und groſs Ingeſiegel haben machen laiſſen das wir *Adolff* unnd das Capittel alsdann dem benanten *Dietbern* ſoliche obgerurte verſchribun-

bunge uff ſin geſynnen ſollen thun mit unſern groſſen Ingeſigeln umbgeſchrieben in der forme und Inhalt als dieſe ſteen ubergeben und dieſe itzigenn dargegenn von yme wyder enphaen wie dann das die verſchriebunge darube ſagende Inhaltende iſt. Und want wir *Adolff* auch dechant und Capitel obgenanten deshalben von dem genanten unſerm ſwager und fründe erſucht werdenn und aber der verſchreybunge ſo der gutlichen aberede und der rachtung nach zwuſchen uns ſo uil ergangen das die an ſwere arbeit alle umbzuſchriben nit balde zu firtigen ſin Darumb ſo bekrefftigen wir *Adolffe* Ertzbiſchoff und das Capittel obgenanten jnn Crafft dieſs brieffs alles ſoliche verſchribunge ſo wir dem benanten unſerm ſwager und frunde wie obgemelt iſt ubergeben haben alſo das die jnn alle mogde und macht pliben ſin und von uns gehalten und vollentzogen werden ſollen in aller maiſs als ob dieſelbe nu verſchribungen alle zumol und yede beſunder nach Inhalt der obgenanten verſchribunge von nuwen umbgeſchrieben und mit unſern groſſen Ingeſiegeln verſiegelt wurden weren gereden auch jnn guten waren truwen darwider nit zu ſuchen zu thun noch ſchaffenn gethan werdenn mit keinerley ſachen ſunder alles geuerde und des alles zu warlichem urkunde ſo haben wir *Adolff* Ertzbiſchoff und wir Dechant und das Capitel gemeinlich obgenant unſer groſſe Ingeſiegel uns aller vorgerurten verſchribunge damit zu beſagenn an dieſen brieff thun henchen, Der geben iſt in unſer ſtad *Mentze* am

 mon-

montag nach ſant *Stephanus* tag *Invencionis* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono. 7. Aug.

XXX. *Adolphi* Archiep. Compoſitio facta inter Dominos de *Bickenbach* & D. de *Erbach* ſuper jure praeſentandi ad Eccleſiam parochialem in *Hoffheim*. *finis:* und des alles zu warem urkunde hait unſer iglicher ſyn eygen ingeſiegel by . . unſers gnedigen hern von *Mentz* ingeſiegel . . thun hencken . . . geben zu *Aſchaffenburg* am montag nach dem ſontag *Loetare* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo. *Schneider Erbach hiſt. urk. p.* 290.

XXXI. *Adolphi* Archiep. *Friderici* Palatini & *Rudolphi* Epiſcopi Wirceburg. unio latibula *Bocksberg* & *Schypff* concernens. *deſinit:* und des zu urkunde haben . . unſer ieglicher ſin eigen inſiegel thun hencken an dieſen brieff . . . der gegeben iſt am Montag vor S. *Antoni* tag Anno 1470. *Lünig. ſpicil. Eccleſ.* 1. *th. forts. p.* 88.

XXXII. *Adolphi* brieff über die entſcheidung einiger ſtrittigkeiten wegen des cloſter *Amorbach* in der ſtadt daſelbſt berechtigten zolls. *deſinit:* und des zu urkund haben wir unſer Inſigel an dieſen brieff tun hencken, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* uf ſant *Jorgen* des heiligen Mertelers tag. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo. *Gropp. hiſtor. Amorb. p.* 235.

XXXIII.

XXXIII. *Adolphus* synagogam judaeorum in capellam *OO.SS.* convertit. *finitur:* In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum *Treviri* die XII. mensis Octobris Anno Domini MCCCCLXXIII. *de Guden.* Tom. IV. p. 412.

XXXIV. *Adolphus* confirmat erectionem capellae & institutionem beneficii in villa *schellinbach. terminatur:* In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Eltvil* die decima nona mensis Octobris Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. . . . . *Schneider Erbach hist. urk.* p. 540.

XXXVII.

SIGILLUM *DIETHERI* ARCHIEP. MOGUNT. SECUNDUM ab an. MCCCCLXXV - LXXXII.

Duo *Dietheri* Archiepiscopi primum Electi sigilla dedimus priore Tomo sub num. XXXV. Demortuo nunc *Adolpho* cum ille altera vice Cathedram Moguntinam conscendisset, usitata ei nunc sigilla prioribus, ne quid desiderari possit, addimus.

Primum rotundum refert figuram Archiepiscopi stantis mitra pretiosa & pallio perspicui tenentis dextra crucem, sinistra librum.

A

A latere dextro Rota Moguntina, a ſiniſtro inſignia ſtirpis Iſenburgicae, duae ſcilicet faſciae nigrae in ſolo argenteo cernuntur. Inſcriptum eſt huic ſigillo: S. *DIETHERI* ARCHIEPISCOPI MAGUNTINI AC PRINCIPIS ELECTORIS.

Adpendet litteris inveſtiturae ſuper Caſtro *Sonnenberg* . . . pro *Johanne* Comite Naſſovico. Des zu urkunde haben wir unſer Ingeſiegel an dieſen brieve thun heneken, der geben iſt zu *Diepurgk* am ſampſtag nach ſant *Dorotheen* tage Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. ex Archivio Naſſovico Weilburgenſi.

Alterum figurae ovalis Majus eſt & Archiepiſcopum cum mitra pretioſa, pallio & reliquo Pontificali habitu dextra librum, ſiniſtra crucem tenentem, in ſella eminentiori ſedentem repraeſentat. cum inſcriptione: SIGILLUM *DIETHERI* DEI GRATIA SANCTE MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPISCOPI SACRI ROMANI IMPERII PER GERMANIAM ARCHI CANCELLARII AC PRINCIPIS ELECTORIS. ab utroque latere inſignia extant ut in ſigillo priore. Adpendet dem vertrag zwiſchen dem Churfürſten *Diether* und Dom Kapitel zu *Maintz* die ſtadt *Maintz* und das ſchloſs S. *Martinsburg* daſelbſt betreffend. an. 1480.

Diplomata ſubjungimus Dietheri altera vice Electi ſigillis munita.

I.

I.

INDULTUM QUO VICARIO PROVINCIALI PROVINCIE SAXONIE S. *FRANCISCI* ORDINIS, UT CERTE IN MONASTERIIS INFRA SIGNATIS MATURE PERSONE DE FRATRIBUS ET YDONEE CONFESSIONEM AUDIENDI ET ABSOLVENDI ETIAM IN CASIBUS EPISCOPALIBUS AUCTORITATEM HABERE QUEANT LARGITUR FACULTAS.

D*ietherus* Dei gratia ſancte Magunt. ſedis electus &c. Religoſis in *Yſenach*, *Göttingen*, *Arrnſteten*, *Wymar* & *Salſſa* fratribus Guardianis domorum ordinis S. *Franciſci* noſtre dioc. devotis nobis in *Chriſto* dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Ut devotus nobis in *Chriſto* dilectus Vicarius provincialis ſaxonie provincie dicti ordinis in quolibet conventu predictarum domorum duos fratres ad predicandum & confeſſiones audiendum ydodenos etate maturos litterarum ſcientia preditos ac vita & honeſtate morum decoratos, qui utriusque ſexus & ſtatus perſonas ad ipſos & conventus profatos gratia devotionis confluentes eisque eorum peccata confitentes etiam in caſibus nobis de jure vel conſuetudine reſervatis. Illis tamen qui ad ſolutionem decimarum ſeu vagarum reſtitutionem tenentur, in quibus caſibus, niſi earumdem ſolutio & reſtitutio prius facta fuerit heredibus, eventu quo ſuperfuerint, alioquin magiſtro fabrice ec-

ecclesie nostre Maguntine predicte ad convertendum in pios usus sub debito eorum officii fideliter & integraliter presentari procuraverint & procurent exceptis, eligere possitis, dummodo tamen dicti fratres eligendi ut predicitur sub regulari observantia vixerint, absolvere possint & valeant, in Domino concedimus facultatem. volumus tamen quod eosdem penitentes ut parochialia jura parochialis ecclesie rectori nec non decimas illis, quibus de jure seu consuetudine debentur, integre persolvant, sollicite admonere curabunt, super quo tuam & ipsorum conscientias oneramus, presentibus usque ad Dominicam *Quasimodo geniti* inclusive Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo dumtaxat valituris. Harum nostrarum quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio litterarum. Datum *Aschaffenburg* die quinta Martij Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

II.

CONSENSUS ET RATIFICATIO VENDICIONIS DECIME IN *HEYENSTAT* ABBATIS ET CONVENTUS MONASTERII *SELIGENSTAIT* DECANO ET CAPITULO COLLEGIATE ECCLESIE S. *BARTHOLOMEI* FRANGFURDENSIS PRO QUINGENTIS FLORENIS RENEN. FACTE.

D*ietherus* Dei gratia sancte Magunt. sedis electus & confirmatus &c. Universis

pre-

presentes nostras litteras inspecturis salutem in Domino. Regimini cure pastoralis prefecti perspicuum est nobis non solummodo spiritualium verum etiam circa alienationes & dispositiones temporalium bonorum monasteriorum & locorum nobis subjectorum honos incumbere. sane pro parte religiosorum nobis in Christo dilectorum *Reynhardi* Abbatis & Conventus in Opido nostro *Selgenstadt* ordinis sancti *Benedicti* nostre dioc. nobis est expositum, quod ex pretactis malis guerrarum sterilitatum aliorumque dampnificatum sit monasterium supradictum adeo ut pro sustentatione personarum alimentis vestiariis aliisque necessariis fuerit Abbati & conventui prefatis grave es alienum contrahere, supradictamque adversam fortunam guerrarum sterilitatumque tam longum habuisse contractum, ut sine alienatione bonorum inmobilium satisfacere creditoribus minime possent, & nisi oportune provideatur, indies magis atque magis dampna & interesse augeri & ut eadem expositio continebat, Abbas & conventus memorati quamdam decimam in *Heynstat* de parochia *Steinheym* dicte nostre Diocef. ad monasterium predictum spectantem Decano & Capitulo Collegiate ecclesie sancti *Bartholomei* Franckfurdensis similiter nostre Dioc. antedicte pro summa quingentorum florenorum auri Renens. vendiderunt juxta formam litterarum desuper confectarum, ita quod Decanus & Capitulum ecclesie S. *Bartholomei* predicte dictam decimam ex nunc & in antea integre possidere, uti, frui, colligere & gaude-

dere debeant prout ipsorum aliis propriis bonis utuntur, fruuntur, colligunt & gaudent absque contradictione qualibet dictorum Abbatis & conventus seu aliorum quorumcunque donec & quousque Abbas & conventus predicti deliberaverint & restituerint dictis Decano & Capitulo dictos florenos quingentos renen. sub pacto tamen in dictis litteris contento, videlicet quod quam cito Abbas & conventus predicti seu ipsorum successores restituerint eisdem Decano & Capitulo quingentos florenos renen. quod ex tunc primo dicta decima ad Abbatem & conventum memoratos cum omnibus juribus & pertinentiis suis revertetur, ita tamen, quod de illa libere disponere & eadem uti, frui & gaudere possint & valeant ad ipsorum libitum & utilitatem monasterii eorundem absque contradictione Decani & capituli predictorum & aliorum illo salvo quod eventu quo Abbas & conventus memorati in quadraginta maldris siliginis sub reemptionis titulo Decano & Capitulo predictis venditis quorum occasione dicta decima secundum ratum eisdem est impignerata, juxta tenorem aliarum litterarum desuper confectarum singulis annis solvendis morosi reperti fuerint & negligentes quod ex tunc eadem decima ipsis impignorata remanebit donec & quousque dictus census annuus quadraginta maldrorum siliginis sub reemptione venditus fuerit cum quadringentis florenis semel dumtaxat dandis reemptus. Unde nobis pro parte dictorum Abbatis & conventus humiliter extitit suplicatum, quatenus di-

dictum contractum atque alienationem nostre auctoritatis interpositione roboraremus. Nos vero ne mora provisionis ulteriori periculo dicto monasterio futura sit de supradictis conscij & intelligentes ac dictam summam quingentorum florenorum conversam esse in solutionem debiti gravioris dicti monasterii & quedam antea alienata esse ex dicta pecunia noviter redempta, ita ut conversa appareat in utilitatem dicti monasterij, de quibus inquisitionem fecimus & relationem plenam atque fidem suscepimus. Quare dicte alienationi sub reemptione ut premittitur facte consentientes etiam eam auctoritate nostra ratificamus, confirmamus & decreti nostri presentis interpositione servatis juris sollempnitatibus omnibus melioribus jure et forma in premissis roboramus dantes licentiam dictis emptoribus possessionem dicte decime ingredi, eam apprehendere & tenere et hijs juxta tenorem litterarum emptionis frui salvis pactis ex omni latere insertis harum nostrarum &c. Datum *Aschaffenburg* die decima sexta Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

III. *Dietheri* Archiep. mandatum circa quemdam Fanaticum et pseudo-Prophetam in parochia *Nickelshausen*. *finis:* Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum *Aschaffenburgi* die X. mensis octobris Anno . . MCCCCLXXVI. de *Gudenus T. IV. p.* 419.

IV. *Dietherus* Ecclesiam in *Nickelshausen* solo aequari jubet, assignans populo illam in *Gamburg*. *finitur:* Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio litterarum. Datum *Aschaffinburg* II. mensis januarii. . MCCCCLXXVII. *de Gud. Tom. IV. p.* 425.

V. *Dietherus* Archiep. concedit ijs indulgentias, qui Antiphonae *salve Regina* in Ecclesia *ad Gradus* vesperi decantandae devote intererunt. *desinit:* Harum nostrarum . . . . Datum in Civitate nostra *Maguntina* die XVIII. mensis Martii Anno Domini MCCCCLXXVII. *joannis Tom.* 2. *p.* 918.

VI.

LITTERE SALVI CONDUCTUS OPIDO *ANTVERPIENSI* DATE CAUSA ACCEDENDI NUNDINAS *FRANGKFURDIENSES*.

D*ietherus* Dei Gratia &c. universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint tenore presencium fidem facimus et attestamur, quod omnibus et singulis in *Xpo* nobis dilectis burgensibus civibus incolis et habitatoribus opidi Antverpiensis Cameracensis Dioc: nec non bonis et rebus eorum ad mercatum sive nundinas Frangkfurdenses quadragesimales anni presentis venientibus et ab eisdem abeuntibus liberum transitum et salvum conductum prestitimus, ita quod per omnia

&

& singula dominia territoria districtus civitates, opida, castella atque flumina nostra ad dictum mercatum sive nundinas, ut prefertur, tendentes sive ab eis redeuntes pergere & proficisci in eundo et redeundo secure possint et valeant. Idcirco universis & singulis officialibus et subditis nostris, qui presencium vigore requisiti fuerint, precipimus atque mandamus, quatenus prefatorum burgensium civium incolarum inhabitantium opidi Antverpiensis prefati per dominia territoria, districtus, civitates, opida vel castella vel flumina nostra ad dictum mercatum sive nundinas Frangkfurdenses quadragesimales anni presentis pergentium atque proficiscentium vel ab eis, ut prefertur, recedentium et abeuntium personas, merces, res quoque et bona eorum in eundo et redeundo secure conducatis, proviso tamen quod vos vel aliquis vestrum, ut prefertur, ad hoc ab eis sitis requisiti, quod si ab eis requisiti vel unus vestrum requisitus non fuerit, & ipsi jacturam vel detrimentum aliquod personarum vel rerum eorum aliquo modo forsan inciderit; id vobis nequaquam volumus imputari. Harum nostrarum &c. Datum *Maguntie* die XXVIII. mensis Martii.

VII. *Dietherus* delegat facultatem absolvendi Ducem Brunsvicensem ab excommunicatione sub praescriptis conditionibus. *desinit*: Datum in civitate nostra *Maguntina* die vero XXI. mensis Martij Anno . . MCCCCLXXVij. *de Guden T. IV. p.* 427.

VIII. *Dietherus* programmate diem aperiendae ſtudiorum palaeſtrae determinat. *deſinit:* Date in . . civitate Moguntina ultimo Kal. Apr. Anno Domini MCCCCLXXVII. *de Guden.* T. IV. p. 428. *Subſid. Dipl. Tom. III. p.* 187. *ſq.* ubi plura.

IX.

CONFIRMATIO FUNDATIONIS ET DOTATIONIS DUORUM BENEFICIORUM IN *ARMSHEIM.*

D*ietherus* Dei gratia &c. Ad perpetuam rei memoriam. Humilibus & juſtis petencium deſiderijs libenter annuimus et votis eorum qui Divini honoris incrementum amplificant, favorabiles atque benignos reddere nos ſolemus. Exhibita ſiquidem nuper pro parte nobis in Xpo dilectorum paſtoris et magiſtrorum fabrice eccleſie parochialis in opido *Arnsheim* noſtre dioc: peticio continebat, quod ipſi cultus Divini augendi gratia de certis bonis a quibusdam Xpi fidelibus eorum libere diſpoſitioni conceſſis, duo beneficia eccleſiaſtica unum ſub Sanctorum *Valentini*, *Agnetis*, *Urſule* et undecim millium virginum, alterum vero ſanctorum *jacobi* Apoſtoli *Sebaſtiani* et *Agathe* martyrum invocationibus atque vocabulis in dicta parochiali eccleſia cum certis annuis fructibus redditibus et proventibus fundarunt & inſtituerunt atque pro duorum ſacerdotum ſuſtentatione competenter dotarunt, quemadmodum in certis litteris eorum

rum ſigillis munitis et deſuper confectis plenius continetur, Quare pro parte paſtoris & dictorum Magiſtrorum fabrice nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut fundationi, inſtitutioni et dotationi hujusmodi robur confirmationis noſtre adjicere dignaremur. Nos igitur eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati fundationem, dotacionem & inſtitutionem prefatas ratas et gratas habentes eas auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſentium approbamus & confirmamus & omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan in premiſſis interveniſſent, prefata auctoritate noſtra ſupplemus jus patronatus illis, quibus in dictis litteris reſervatum eſt, eadem auctoritate noſtra reſervantes. Volumus autem et predicta auctoritate noſtra ſtatuimus et ordinamus, ut nullus in dictis beneficiis vel in eorum aliquo inſtituatur, niſi ſcientia vita et moribus abilis & ydoneus fuerit repertus & in ſacerdotio conſtitutus ſit, aut tante etatis, quod infra annum a die inſtitutionis computandum, ſacerdos ordinetur et perſonalem reſidenciam faciat, alioquin dicto beneficio privatus ſit ipſo facto. Harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburgi* die viceſima menſis julij Anno &c. LXXVIImo.

X. *Dietherus Mechtildi* Landgravie Haſſiae dat plenam poteſtatem deputandi Praelatos ad collapſam in coenobijs diſciplinam ex integro reſtaurandam. *explicit:* Harum noſtrarum . . . Datum in opido noſtro *Aſchaf-*

 ſen-

ſenburg die XXI. menſis Auguſti anno. MCCCCLXXVij. *de Gud. Tom. IV. p.* 434.

XI.

CONFIRMATIO DES ALTARS UND GOTSLEHENS ZCU *HOLCZHUSEN* IN DER PFARKIRCHEN UF SANT *JACOBS* ALTAR GESTIFT.

Wir *Dietber* &c. bekennen &c. fur uns unſer nachkomen und ſtifft als der veſte unſer beſonder *vvrederolt Ruvve* von *holzhuſen* umb ſiner ſiner voraltern und aller gleubigen ſele troſten und heyle willen, ein altar und gotslehen in der pfarrkirchen zu *Holtzhuſen* uff Sanct *Jacobs* altar nemlich alle wochen daruff zwo meſſe geſtifftet und mit genugſamen renthen verſehen hat uff meynung forme und maſs des herdurchgezogen begriffts unnd ſtifftung und wir nu als ein Ertzbiſchoff durch denſelben *vviederrolt* erſucht und gepeten worden ſindt zu ſolcher ſtifftung unſern gunſt willen und verhengknüſſe zu thun auch ſolche geiſtliche lehen zu confirmiren und zu beſtettigen das wir darumb und ſonderlich auch dwil wir zu allem dem das ſich zu meherung gots des almechtigen dinſt dynende iſt geneigt ſin dieſelbe ſtifftung und erhebung des ehegedachten gotslehens unnd wochelich der zwo meſs gnediglich zu gelaſſen confirmirt und beſtetigt haben Laſſen die zu confirmiren und beſtetigen auch ſolich

ſtiff-

ſtifftung jnn ein ewigs gotslehen, von ordenlicher und Ertzbiſchofflicher macht und gewalt uff meynung forme und maſs jnn der obgedachten herdurchgezogen ſtifftung begrieffen iſt geynwertiglich dun und mit crafft dieſs briefs, wir wollen ſetzen unnd ordenen auch das die renthe gulte und gutter obgerurt ſo lange die von dem beſitzer ſolichs gotslehens ungeloſt ſin geiſtlicher friheit unterworffen ſin ſollen doch ſolichs alles dem pferner da ſelbs zu *holtzhuſen* unnd ſunſt allermeniglich an jren gerechtigkeiten unuergrifflich ſonder geuerde Unnd des alles zu ewiger urkunde und veſtikeydt ſo haben wir dieſs unſer confirmation mit der preſſeln durch die dotacion und ſtifftung thun ziehen und mit unſerm anhangenden jnngeſiegel verſiegelt, Die geſchehen iſt inn unſer ſtadt *Mentze* am Sampſtag nach Sanct *Dioniſien* tag anno Domini &c. LXX ſeptimo. 4. Oct.

XII. *Dietherus* Archiep. *Martino* Abbati in *Münſter Schwarzach* dat teſtimonium innocentiae. *finis:* ſo haben wir unſer ingeſiegel . . *Aſchaffenburg* am witwochen nach S. *Katharinen* tag . . MCCCCLXXVII.

XIII. *Dietherus* Pincernis de *Erbach* concedit caſtrum *Fürſtenau* in feudum. *deſinit.* haben wir unſer inſiegel an dieſen brieff thun hencken der geben iſt zu *Aſchaffenburg* Donnerſtag S. *ſtephans* tag. an. MCCCCLXXVII. . . *Schneider Erbach. hiſt. urk. pag.* 297.

XIV.

CONFIRMATIO PROCESSIONIS ANNUE AB ECCLESIA S. *BARTHOLOMEI* FRANCKFORDENSIS AD ECCLESIAM B. *MARIE MAGDALENE* IBIDEM.

D*ietherus* Dei gratia &c. Ad futuram rei memoriam. Non immerito noſter inclinatur animus ad roborandum ea que in divini cultus cedunt augmentum & per que accreſcit devotio fidelium. Sane uti accepimus honorabiles devoti noſtri dilecti Decanus et capitulum nec non ſinguli vicarij et perſone beneficiate in eccleſia ſancti *Bartholomei* opidi Franckfordenſis noſtre dioc: bono zelo moti in honorem et laudem plaſmatoris omnium ſalvatoris Domini noſtri *jheſu Xſti* ejusque glorioſiſſime genitricis ſemper virginis *Marie* & beate *Marie Magdalene* nec non totius celeſtis jerarchie ſolemnem proceſſionem ſemel in anno infra octavas feſti beate *Marie Magdalene* predicte ad eccleſiam ejusdem beate *Marie Magdalene* in opido pretacto ſitam, in eaque divina miſſarum ſolennia devote cantare inſtituerunt & ut ſucceſſu temporis illa ſic bono zelo inchoata debitum progreſſum capiant & perpetuo obſerventur, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus premiſſa eis indulgere & auctoritate noſtra ordinaria confirmare & approbare dignaremur. Nos igitur quia animadvertimus per ea cultum adaugeri divinum ac populum fidelem ad devocionem excitari, ne in caſſum redeat quod bono zelo

extat

extat inchoatum, ut ipſa ſolennis proceſſio prefatos Decanum capitulum & ſingulas perſonas dicte eccleſie ſancti *Bartholomei* nec non alios Xſti fideles decenter ſine cavillationibus & tumultu ſingulis annis perpetuis futuris temporibus ſemel in prefata octava beate *Marie Magdalene* ad ejusdem eccleſiam ibidemque divina miſſarum ſolemnia decantari ut prefertur, fieri poſſit et valeat auctoritate noſtra ordinaria per preſentes indulgemus concedimus approbamus & collaudamus harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio litterarum. Datum in Oppido noſtro *Aſchaffenburgk* die quarta menſis junij Anno Domini M°CCCC°LXX octavo.

XV. *Dietherus* confert altare S. *vitalis* in Eccleſia parochiali *Hersfeld.* vid. *Dioeceſ. Mogunt. Tom. III. pag.* 570.

XVI. *Dietheri* declaratio diſpenſationis Pontificiae Francofurtenſibus quoad lacticinia conceſſae. *finis:* Datum in civitate noſtra Maguntina ſub noſtri ſigilli appenſione die III. menſis julij Anno . . MCCCCLXXVIII.

XVII.

VERTRAGK UND VERSCHRIBUNGE MYNS GNEDIGEN HERRN UND DES CAPITELS ZU *MENTZ* WIE ES HINFUR EWIGLICH MIT DER STAT *MENTZ* UND DEM SLOSS SANCT *MARTINSBURGK* DASELBST GEHALTEN SAL WERDEN.

Wir *Diether* von gots gnaden &c. und wir Custor und Capittel gemeynlich des dhumstiffts zu *Mentze* bekennen und thun kunt allermenniglich vor uns unser nachkomen und stiefft, das wir Gott dem Almechtigen und unserm lieben patronen den heiligen Sanct *Martini* zcu lobe, auch nutze und frommen unsers stiffts undertanen, und sonderlich der stadt *Mentze* und den burgern daselbs zcu bestentlichem und friedlichem wesen mit zeitigem rathe und vorbetrachtung ubirkomen, und der gemelten stadt *Mentz* und des sloss daselbst sanct *Martinsburg* gnant, durch uns Ertzbischoff *Diethern* obgnant von nuwem am Ryne unden an unnser stadt gebuwet uns beidersits gegen eynander verschrieben gewilliget verfasset, unnd also hinfur ewiglich zcu halten im generale Capitel beschlossen haben als hernach volget. Zum ersten das *Mentz* die stadt unnd auch das sloss vorgemelt mit allen obirkeyten herlichkeyten eygenthum zcinsen gulten gefellen ordenung bestellung und rechten nichts ussgenomen zcu ewi-

ewigen zitten uns Ertzbischoff *Diethern* und unsern nachkommen zugeeignet sin pliben und gewarten sollen one abbebruch mynnerung odir verenderung alles sonder ussfzeuge und ane geuerde doch unschedelich uns dem Capitell unsern pfrunden und unser gemeynen presentz an renthen und gefellen so wir itzo zcu *Mentze* fallende haben und han sollen alles ane geuerde. Und sollen burger und jnwoner zcu *Mentz* uns Ertzbischoff *Diethern* und eynem yeden unserm nachkommen der jne jnn nachgeschribner masse vor einen herrn und Ertzbischoffe benennet und geantwort würdet fur sich sin nachkomen und stiefft ein rechte erbhuldung thun und darzu globen und zu den heiligen sweren, nemlich also, uns als eynem Ertzbischoff und jrem rechten herrn auch allen unsern nachkommen und stifft zu *Mentze* zu ewigen zitten getruwe gehorsam und gewertig zu sin, jren schaden zu warnen und bestes zcu trachten und zcu werben unnd alles das zcu thun, das ein getrwer unterthan und burger sinem rechten herrn von recht und gewonheit schuldig odir pflichtig ist, und so ein Ertzbischoff todes abegeet, alsdann einem Capittel des dhumstiffts zu *Mentze* zcuge warten biess uff einen kunfftigen herrn der durch ein Dhumcapitel zcu Ertzbischoff erwelt wurdet, unnd das sloss zu *Mentz* Sanct *Mertinsburgk* jnnhette und jne durch vier Dhumherrn des gemelten capittels mit desselben capitels offin brieffe, und jrem grossen anhangenden Ingesiegel benennet und geantwort wurdet demselben

ſelben erwelten und herrn der jne alſo nach jnnemung des gemelten ſloſſ geantwort worden were ſollen ſie alle und iglicher beſonder daruff wie vorbegriffen globen ſweren unnd furter als jrem rechten herrn gewarten und gehorſam ſin. Ob auch wir Ertzbiſchoff *Diether* odir unſer nachkommen gefangen wurden, da Gott fur ſy, alsdann abermals eynen Dhum capitel zu gewarten ſo lange bieſs wir odir unſir nachkommen ſolichs gefengniſs erledigt wurden alsdann ſolten ſie uns und unſern nachkomen wiedir gewarten wie vor unnd ob wir odir ein Ertzbiſchoff zu zitten den ſtiefft *Mentze* ubirgeben ane willen eyns Capittels, und deshalb jrrung zuſchen eynem Ertzbiſſchoff zu zitten und dem Capittel entſteen wurde, da got fur ſy. alsdann ſollen die gemelten burger und jnwoner zcu *Mentze* dem capittel abir gewarten, bieſs ſolange ſolich jrrung und zwitrecht von ubirgebens wegen des ſtiefſts hingelegt würdet, und ſal ſolichs wie vorgeſchrieben alſo gehalten werden. darzu ſollen auch die vorgedachten burger der ſtadt *Mentz* uns dem Dhum Capitel obgemelt globen und ſchweren, ſoliche artickel wie die hieoben begriffen ſint zcu ewigen zitten uffrichtiglich zcuhalten, unnd ſoll das geſcheen ſo offt und dick des noit ſin wurde, alles on geuerde. Unnd mit dem ſloſſ ſanct *Mertinsburgk* zu *Mentze* ſoll es hin fur alſo gehalten werden, das ein redelicher glauphaftiger Edelman ye zu zitten zcu eynem burggrauen beſtellet, dem das gnant ſloſſ jnn amptswiſe beuoh-

uohlen, und darzu auch noch nottorfft Thurmhütter pfortener wechter und andere jnn das sloss bestalt werden sollen uns Ertzbischoff *Diethern* obgenant unnd eynem yeden unserm nachkommen von des burggrauen ampts, auch dinsts wegen gelubde und eyde notturfftiglich thun und darzu uns unserm nachkomen und dhum capitel globen und sweren des dann eyne iglicher burggraue sine versiegelte brieff geben hat. Ob wir Ertzbischoff *Diether*, odir unser nachkomen by zitt jres ampts odir diensts gefangen wurden, da Got vor sy alsdann soll unser dhum Capitel von stunt so sie des jnnen werden, zwene des Capitels mit vier knechten jnn das schloss schicken so solle sich unser unser nachkommen und stiefts vitzthum jm Ryngawe mit zweien sinen knechten auch uff stundt so jm das furkompt dar jnn fugen, die stadt *Mentz* einen uff den zwolffenn desglichen sollen unnser lande das *Ryngkauwe* uff den Sechsthalben ampten sieben persone usser den rethen, und unnser stette jm oberlande nemlich *Aschaffenburg seligenstadt Diepurgk Miltenbergk Amorbach Bischoffsheim*, *Kulsheim Buchen* und *dhurn* jgliche stadt die underpfant were, einen jres raths zcu yedir zcyt so das jnn vor und nachgeschrieben wise zu falle und jne zu wissen queme jn dasselbe sloss alhere gein *Mentz* schickenn die auch semptlich und sonderlich iglicher der also zu yedir zitt geschickt wurde zu jrem gesynnen, uff stunt jnn das sloss Sant *Martinsburgk* alhie zu *Mentze* gelegen, jnngelassen werden

sol-

sollen, dieselben obgerurten alle und iglicher besonder solten auch zu yeder zitt so sie dahyn komen zcuuor und ehe sie Ingelassen werden, dem gedachten Burggrauen globen und zcu den heiligen sweren, das sloss sanct *Martinsburgk* mit sampt jme jnnzuhaben und zcu yedir zitt nach Luthe diess vertrags dem stiefft zcu nutze und frommen zum besten vlissig und getruwelich zcu verwaren und zcu halten, bisssolange der Ertzbischoffe des gefengknisse erledigt würde. Alsdann solten sie demselben Ertzbischoff Es were wir Ertzbischoff *Diether* odir einander unnser nachkomen widerumb wie uor mit dem gedachten unserm sloss sanct *Mertinsburgk* gewarten und gehorsam sin, by den glubden und eiden sie uns vormals gethann hetten und solte solichs bescheen, so dicke des noit sin wirdet alles on geuerde, unnd so wir Ertzbischoff *Diether* obgnant odir unser nachkomen zcu zitten todes abgangen sin, Des uns Gott der allmechtig jnn gnaden und zu seligkeit gefristen wolle, alsdann sollen ein burggraue Thurnhutter pfortener wechter und andere zu dinst im sloss bestellet abirmals die vorgemelten zwene des Capitels, unnd eynen vitzthum jm *Rynkavve* mit jrer fordern zcale knechten auch andere uss den ampten und stetten wie vorgeschriben jnn das schloss Sanct *Martinsburgk* lassen und mit sampt jnen das dem stiefft abirmals wie uor zum besten und flissigsten verwaren unnd jnnhalten so lange biss jne ein Erwelter zcukunfftiger herre, wie vor steht, durch vier dhum her-

herren mit des capittels offin brieff unnd jrem grossen anhangenden Ingesiegel benennet und geantwort würdet, demselben herrn der jne also geantwort wurdet, sollen die gnanten zwene vom Capitel auch vitzthum burggraue und andere von den ampten stetten und dienern mit dem sloss sanct *Mertinsburgk* gewarten unnd damit gehorsam sin, ane jnrede odir uffzoge by jren eyden und pflichten als einem rechten herren des stiefsts zcu *Mentze*, unnd solle soliche bescheen so offt das noit sin unnd sich der falle begeben wurde alles ane geuerde. unnd damit das slossSanct *Martinsburgk* ,und die stadt *Mentze* auch die burger daselbst mit allen obirkeiten und herlichkeiten, wie vorgeschrieben steet zcu ewigen tagen unuerandert by uns Ertzbischoff *Dietherus* und eynem yeden unserm nachkommen und dem stiefft *Mentz* pliben unnd gelassen, auch dieser vertragk also gehalten werde, so haben wir Ertzbischoff *Diether* offtgnant und wir custor und Capitel vorgenant einander in gutten truwen und eyden gelobt geredt und versprochen diese vereynigung willigung und ordenung jnn allen vor und nachgeschrieben artickeln onwiderrufflich unnd unverandert zu halten, darwieder nit zu thun odir zcu handeln In keynen wegk auch alles unsers vermogens durch verfenklich mittel unnd pflicht zcu ordenen zcu verfugen und zcu setzen das unser beydersits nachkommen unnd zcu komende personen solichen vertragk zcu halten verbunden werden alles sonder uffczuge unnd ane geuer-

geuerde. Und des alles zcu warlichem urkunde unnd ewigen erkentenisse so haben wir Ertzbischoff *Diether* unser Majestat Inngesiegell und wir custor und capitel gemeynlich des dhumstiffts zu *Mentze* unsers Capitels grofs Inngesiegel zu dem generale capittell an diesen brieff auch thun hencken. Der geben ist zcu *Mentz* Am monntag nach unser lieben frawen tage *Purificationis* Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

6. Febr.

De mandato Domini *Evvaldus Wymar* Secretarius sst.

De mandato dominorum de Capitulo jn generali ad hoc prolongato *Johannes Walstroff* Secretarius sst.

XVIII. *Dietherus* salvum conductum &c. promittit principibus ad ludos equestres venientibus *Moguntiam*. *desinit:* urkunde dies briefs versiegelt mit unserm anhangenden ingesiegel. der geben ist zu sant *Martinsburg* in unser stat *Meintz* am Dornstag nach dem sontag *Oculi* Anno . . MCCCCLXXX. *de Guden Tom. IV. p.* 451.

XIX. *Dietherus* praevertit Pontificem in favorem torneamenti. Datum *Moguntiae* X. die mensis Maji. Anno Domini MCCCCLXXX. *de Gud. Tom. IV. p.* 452.

XXXVIII.

XXXVIII.

SIGILLUM *ALBERTI* I. ADMINISTRATORIS MOG.

ab an. MCCCCLXXXII - LXXXIV.

Sigillum *Alberti* noſtri Saxoniae Ducis Scutum exhibet quadrifidum, in cujus area prima et quarta ponitur Rota Moguntina cum octo radijs. In ſecunda et tertia quinque transverſae aureae et nigrae taeniae (quas alij ſtratoria ligna minus ex artis modo loquentes vocant, alij trabes) conſpiciuntur ſerto viridi rutaceo toti ſuper inducto, quae ſigna Domui Saxonicae propria. In eo ſcriptum legimus: *SIGILLUM ALBERTI ADMINISTRATORIS SEDIS MAGUNTINE DUCIS SAXONIE.* Adpendet tabulis, queis an. M CCCC LXXXII. privilegia Civitatis Moguntinae confirmavit. Chartas quasdam eiusdem ineditas ſubjungimus:

I.

UNIO STIPENDII IN *STUSENBACH.*

Albertus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Adminiſtrator &c. univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Paſtoralis officii cura nobis licet immeritis ex alto commiſſa nos excitat et inducit circa ſtatum eccleſiaſticum eccleſiaſtico-

rumque beneficiorum intendere ac illi salubriter providere. sane pro parte devoti nobis in *Xpo* dilecti *jacobi Sartoris* perpetui vicarij altaris sancte *Dorothee* in ecclesia sancti *johannis Baptiste* Ameneburgensis nostre dioc: nuper exhibita peticio continebat, quod fructus, redditus et proventus ejusdem vicarie adeo tenues sint & exiles quod vicarius ad dictum altare pro tempore existens ex illis commode sustentari oneraque sibi hujus pretextu incumbentia nequeat supportare, quare pro parte dicti *jacobi* nobis fuit humiliter supplicatum, ut stipendium ex quorundam *Xpi* fidelium collacionibus & donacionibus ad altare sancte *katharine* in ecclesia parochiali *stusenbach* cujus dispositio a nostra potestate dependere dinoscitur, valorque ejusdem singulis annis florenos quinque non excedat, prefate vicarie perpetuo unire annectere & incorporare aliasque super hijs oportune providere paterna benignitate dignaremur, nos igitur justis supplicationibus inclinati predictum stipendium cum omnibus juribus et pertinentiis suis vicarie predicte auctoritate nostra ordinaria perpetuo annectimus, unimus et incorporamus, ita quod liceat dicto *jacobo* aut vicario predictum altare sancte *Dorothee* pro tempore possidenti per se vel procuratorem suum possessionem corporalem realem & actualem ejusdem stipendij auctoritate propria libere apprehendere & perpetuo retinere ac ejusdem fructus, redditus et proventus percipere & in suos usus utilitatemque convertere alicujus alterius licen-

tia

tia ſuper hoc minime requiſita, proviſo tamen quod dictus *jacobus* & vicarius ad dictum altare ſancte *Dorothee* pro tempore exiſtens in prefata eccleſia ſeu capella in *ſtuſenbach* in predicto altari ſancte *katharine* divina officia juxta modum hactenus pro dicto ſtipendio inſtitutum & obſervatum per ſe aut presbiterum alium ydoneum exequi et impleri procuret, ſalvo etiam in premiſſis conſenſu et voluntate eorum qui dictum ſtipendium pro divinis obſequiis ad altare predictum contulerunt, quibus nolentibus non intendentes quovis modo prejudicium generari, dummodo renitentes ipſi dictum ſtipendium augeant, ita ut pro ſuſtentatione presbiteri ſufficiat & in verum beneficium erigi & dari poſſit, quod quidem ſi recuſaverint aut implere ceſſaverint, hanc noſtram incorporationem, annexionem & unionem ratam & firmam eſſe volumus & ordinamus contradictione predictorum aut cujuscunque minime obſtante. Date apud arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina die penultima menſis junij anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo.

II. Abbatiae S. *jacobi* conſtituitur judex ab *Alberto* Adminiſtr. Mog. *finis:* Datum *Aſchaffenburgi* ſub ſigillo noſtro die II. menſis Auguſti anno Domini MCCCCLXXXII. *joannis Tom. II. pag.* 815.

III.
PRAEBENDA ECCLESIAE COLLEG. S. *MARTINI* PINGUENSIS PRO UNIVERSITATE MOGUNT.

Albertus Dei Gratia ſancte Mogunt. ſedis Adminiſtrator &c. a ſanctaque Apoſtolica ſede ad infra ſcripta unicus deputatus executor honorabilibus devotis nobis in *Xpo* dilectis Decano & Capitulo ſancti *Martini* patroni noſtri Ecclesie Opidi Pinguenſis noſtre dioc. ſalutem in Domino & noſtris ymo verius apoſtolicis parere mandatis. Cum alias ſanctiſſimus noſter Dominus *Sixtus* Papa quartus pro erectione & fundatione univerſitatis ſtudiorum in civitate noſtra Moguntina inter alias etiam prebendam in eccleſia predicta vacaturam pro Doctore Licentiato vel Magiſtro dicte univerſitatis jusque nominandi ad eandem proviſoribus dicte univerſitatis reſervaverit, nos etiam atque ſucceſſores noſtros executores deputando, omnia juxta formam bullarum deſuper emanatarum, jamque prebenda in eccleſia predicta per obitum quondam *johannis Koele* vacante proviſores univerſitatis ſtudiorum predicte ut puta Decani facultatum juxta eis traditam formam concorditer honorabilem *johannem Gaſſell* de *Augusta* ſacre Theologie baccalarium nobis de ea providendum preſentarunt juxta formam patentium litterarum nobis deſuper in forma autentica exibitarum fuitque nobis pro parte *johannis* jam dicti humiliter ſupplicatum, ut ad exe-

executionem apostolice commissionis nobis facte procedere dignaremur, nos vero ut tenemur mandatum Apostolicum reverenter ut decuit exequi volentes *joanni* predicto de dicta prebenda cum omnibus & singulis honoribus, juribus, attinentijs & annexionibus providimus atque eundem investivimus, providemusque atque investimus per presentes, vobis omnibus & singulis districte precipiendo & sub excommunicacionis pena late sententie quam in hjis scriptis in vos & quemlibet vestrum Canonica monicione premissa ferimus nisi infra scriptis effectualiter parueritis, mandantes ut dictum *johannem* post requisitionem per eundem desuper factam in veram realem & corporalem possessionem dicte prebende ponatis & introducatis dando sibi locum in choro & in capitulo & sibi de omnibus & singulis juribus fructibus emolumentis plenarie respondeatis & per vestros officiatos responderi faciatis alioquin si huic nostre ordinationi provisioni & precepto rebelles, quod absit, comperti fueritis, ex tunc ad declarationem censurarum contra vos atque quemlibet vestrum procedemus. Datum *steinheym* nostro sub sigillo die vicesima prima mensis novembris anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

IV. *Alberti* Administr. Mog. vertrag mit der stadt *Erfurt*. *finis:* und haben darum unsers capitels gros insiegel zu des obgedachten unsers gnedigen herrn von *Mentz* insiegel . . thun hencken, der geben ist zu *Amorbach*

am montag nach unser lieben frauen tag *Purificationis* Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. *Lünig part. spec. Cont.* 1. *fortſ. III. pag.* 10.

V. *Albertus* ordinat, ut S. *Ruffi* corpus in Ecclesia *Odernheim* venerationi exponatur. *explicit:* Datum nostro sub sigillo apud arcem S. *Martini* in civitate nostra Maguntina die XXIII. mensis septembris Anno Domini MCCCCLXXXIII. *de Guden: Tom. IV. pag.* 459.

XI.

INDULTUM QUOD FONS BAPTISMATIS POSSIT ERIGI IN CAPELLA SIVE ECCLESIA VILLE *SPACHBRUCKEN.*

Albertus Dei gratia sancte Magunt: sedis administrator &c. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ecclesia parrochialis in *Waldenhusen* nostre Dioc: ecclesias habeat filiales atque nonnulli parrochiani longius a matrice larem & domicilium habeant, visumque fuit, ut cum infantuli ad baptizandum ferrentur aliquando vi frigoris aut tempestatibus eos mortis subisse periculum, sepiusque expertum, non sine gravi periculo maxime hiemis tempore ex locis subjectis ad ecclesiam matricem predictam posse presentari, unde nobis fuit humiliter supplicatum, ut desuper gratiose providere dignaremur; nos igitur prehabita inquisitione & Informatione diligenti de con-

sensu

ſenſu & voluntate paſtoris ac ejus presbiteri parrochiani legitime certificati ut in eccleſia ville *ſpachbrucken*, que filialis eſt eccleſie in *Waldenhuſen* predicte baptiſterium erigi & in antea utriusque ſexus infantuli & baptizandi qui longius ab eccleſia *Waldenhuſen* abſint ad eccleſiam in *ſpachbrucken* deferri ibique baptiſari poſſint & valeant tenore preſentium poteſtatem concedimus atque indulgemus, in reliquis vero eccleſie matrici in *Waldenhuſen* juribus ſemper ſalvis integrisque manentibus. Date in Caſtro noſtro *ſteinheym* noſtro ſub ſigillo die viceſima quarta menſis aprilis anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio.

XIII.

WIE SICH MYN GNEDIGER HERRE VON *MENTZ* GEGEN MYN GNEDIGEN HERREN ZUM THUME UND DER ANDERN PFAFFHEIT ZU *MENTZ* DES VORKAUFFS HALB VERSCHRIEBEN HAIT.

Wir *Albrecht* von gots gnaden des heyligen ſtuls zu *Mentz* adminiſtrator &c. bekennen und tun kunt offintlich mit dieſem brieff vor uns unſer nachkommen und ſtifft als in verſchienen zytten zwuſchen den wirdigen und erſamen prelaten und Capitteln unſers thumbs und der andern ſtifft und cloiſter jn und umb unſer ſtat *Mentz* gelegen eyns,

 und

und die zytt burgermeiſtern rathe und gemeynde daſelbſt andern teils durch des heyligen Baſeleer concilium trefflich ſendbotten eyn rachtung verfaſſet die nochmals unſer vorfarn loblicher gedechtniſs auch wir in unſerm Ingange zu halten angnomen haben darjn von des verkauffs wegen nit verſehen iſt, haben wir uns mit den wirdigen und erſamen unſern lieben andechtigen dieſer zyt prelaten Capitteln und ander geiſtlichkeyt der vorgemelten ſtifft und Cloiſter durch jre geſchickte vollmechtige bottſchafft deshalben underret und beſloiſſen, das die gemelte prelaten und Capittel unſers Dhumbs und der andern ſtiffte auch cloiſter und alle ander unſer geiſtlichkeyt zu *Mentz* jn der gemelten rachtung begriffen und jre nachkomen wine fruchte und anders ſo uil jne zu irer proviſion und huſſhaltung ungeuerlich noit iſt nach lut der rachtung keuffen mogen, das auch desglichen jre eyner umb den andern fry keuffen verkeuffen und verwechſeln mag doch das ſolich wine zum zapffen nit verſchenckt ſunder alleyne zu jrer proviſion und hushaltung ungeuerlich gebrucht werden ſollen und als ettliche ampt kirchen buwe und bruderſchafft, der obgemelten ſtifft und cloſter wyne und fruchte fallen haben auch ſich zu zytten jnns teylung der pfrunden wine begibt das eyn ſtuck wins nur dan eyner perſonen zugeteilt wurdet, und ob jr eyner den andern ankofgelde ungeuerlich mit wyne und fruchte In die rachtung gehorenn bezalen wurde ſolich fruchte und wyne

ne ſollen ſie auch andern geiſtlichen und nemlich eyner dem andern ſin teil an eynem ſtuck wins zu uerkeuffen ader als andern pfrunden wyne zu uerſchencken macht haben, und daruber ſollen ſie keynen furkauffen ader ander kauffmanſchafft umb gewynnes willen vben ader triben doch alles unſchedelich der obgemelten rachtung ſunder alles geuerde und des zu warem urkunde haben wir unſer Ingeſigel an dieſen brieff thun hencken der geben iſt zu *ſteinheim* am fritag nach Sant *Egidien* tag. anno Domini &c. LXXX tercio.

5. Sept.

XV.

BEREDUNGE ETTLICHER ARTICKEL HALBEN ZWUSCHEN MYNEM GNEDIGEN HERREN DEM ADMINISTRATOR UND DER PFAFFHEIT ZU MENTZ ALS VON DER RACHTUNG WEGEN ZU *MENTZ*.

Wir *Albrecht* adminiſtrator &c. bekennen und tun kunt mit dieſem offen brieffe vor uns unſer nachkomen und ſtifft *Mentz* als In des verſchienen zytten zwuſchen den wurdigen und erſamen prelaten ſtiffts cloiſtern und pfaffheyt jnn und umb unſer ſtat *Menntz* eyns, und dann Burgermeiſtern Rat und gemeynde daſelbs andern teyls durch treffeliche des heyligen concilium Sende botten eyn rachtung vorfaſſet, die nachmals unſer vor-

 farn

farn loblicher gedechtniſs auch wir jn unſerm Inngang zu halten angnomen und doch ettwas darneben mangels verſtanden, darumb wir uns mit den wirdigen und erſamen prelaten Capitteln und cloiſter jn der rachtung begriffen durch jre geſchickte volmechtige bottſchafft deshalb underredt undt ettliche ſtuck hernach gemelt die mit jnen hinfur zu halten beſloiſſen haben.

Zum erſten wie wol in der gemelten rachtung von verkauff nichts verſehen iſt, ſo ſoll doch nymant der gemelten pfaffheit keyne kauffmanſchafft uben ader thund ſoll, das iſt an ſich zu keuffen odir durch andere gedinge an ſich zu brengen ſolichs ferrer zu zappen und ſchencken ader zu uerkeuffen ob aber ymant uff jnen umb andere geiſtliche ader werntliche zu notturfft jrer proviſion und beſtellung frucht ader wyne keuffen wechſeln ader jn ander wyſe an ſich brengen wollen, deſſelben ſie zu thund macht haben doch das ſoliche wine ader fruchte nit verſchenckt ſunder alleyne zu notturfftiger proviſion gebraucht werde ane geuerde.

Auch als die fabrica und buwe der ſtifft und cloiſter ettliche wyne fallen haben auch noch iglichs ſtiffts gewonheyt, ettliche wine dem Buwe zugeteylt werden. Iſt beredt das die fabrickenmeiſter ſoliche wine fry verſchencken ader ob ſie wollen andern geiſtlichen verkeuffen dieſelben geiſtlichen ſoliche

wi-

wine dann furter als andere jre pfrunden wine auch zu uerſchencken macht haben ſollen des furdern artickels den Vorkauff berurende unuerhindert.

Ferner die zeichen antreffende ſollen die amptlude uff dem ungelde den geiſtlichen zeichen geben nach aller notturfft und ſollen die geiſtlichen und jr iglicher denſelben uff dem ungelde uff jre geſynnen brieffe ſchicken wieuil zeichen, jr iglicher jn dem nehiſt verſchienen vierteil jars zu ſinem weſen verbrucht habe, unnd damit ungeburlich hendel zu abruch unſer und unſers ſtiffts renthen geſorcht und vermytten auch allenthalben nachredde und clagens nit noit werde, Iſt abgeredt und beſloiſſen das die pfaffheit in der gemelten rachtung begriffen vorſehung thund durch eyn ſtatut in haltende, das eyn iglicher us jnen die gemelten rachtung uffrichtigliche halten und die erbarlich bruchen auch unſern und unſers ſtiffts renthen keynen abruch thun wollen und ſoliche ordenung und geſetzt zu andern jren ſtifft unnd cloiſter ordenung ſtatuten und pflichten ſetzen und durch die gegenwurtige auch kunfftigen perſonen ſich des als anderer ſtatut pflichtigen und pflichtigen laſſen.

Zum leſten als die wine knecht zu zytten geuerlich verhalten warlich anzuſagen wievil ſie uff der geiſtlichen keller verſchenckt haben damit des ſo jnen von den vaſſen uff unſer rente zu geben geburt, abruch geſchicht ſolich

lich zu verhuten ſollen das thum Capittel jre wyne knecht mit eyden verbynden, das ſie unnſern ungeltern uff jre geſynnen die warheit der zale ſolicher vaſſ by ſolichen pflichten ſagen und datum nichts verhalten wollen geuerde und argeliſt herjnn gentzlich uſgeſcheyden auch unuergriffenlich und unſchedelich der rachtung vorgemelt jn artikeln und punčten darjnn begriffen. Des zu urhunde haben wir unſer Ingeſiegel an dieſem brieff thund hencken. Der geben iſt. . . .

XVI.

CONFIRMATIO DUORUM BENEFICIORUM IN PAROCHIALI ECCLESIA IN *KIRCHEYM*.

A*lbertus* Dei gratia &c. Adminiſtrator &c. Ad perpetuam rei memoriam. humilibus & juſtis petencium deſiderijs libenter annuimus & votis eorum qui divini honoris incrementum amplificant benignos & favorabiles nos reddere ſolemus. Exhibita ſiquidem nuper pro parte nobis in *Xpo* dilectorum *Petri Schotte* pro nunc Prioris domus jheroſolymitane ſancti ſepulchri in *Spira* paſtoris eccleſie parochialis in *Kircheym* *Bartholomei* plebani, Schulteti, Magiſtrorum civium & totius communitatis ibidem noſtre dioc: peticio continebat, quod ipſi & eorum anteceſſores pie defuncti cultus divini augendi gratia duo beneficia, quorum unum dudum

dum retroactis temporibus in honorem beate *Marie* virginis gloriose & aliud in honorem sanctorum *johannis* decollationis *Baptiste Sebastiani* martiris & *Dorothee* virginis jam jam pro sustentatione duorum sacerdotum competenter cum certis redditibus fructibus emolumentis & habitacionibus erexerunt, fundaverunt, dotaverunt & ordinaverunt sic, quod duo presbiteri ebdomadatim vel dietim missas matutinas alternatis vicibus in parochiali ecclesia pretacta legere debeant, quemadmodum in certis litteris eorum sigillis munitis & desuper confectis presentibus transfixaliter adherentibus plenius continetur. Quare pro parte prefatorum pastoris, plebani, sculteti, magistrorum civium & totius communitatis in *Kirchaym* nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectionem, fundationem, dotationem & ordinationem prefatorum beneficiorum hujusmodi robur nostre confirmacionis adicere dignaremur. Nos igitur eorum in hac parte supplicationibus inclinati erectionem fundationem dotationem & ordinationem prefatas ratas atque gratas habentes, eas auctoritate nostra ordinaria tenore presentium perpetuando approbamus, collaudamus atque in Dei nomine confirmamus, fructus redditus & proventus dictorum beneficiorum ascribentes ecclesiastice libertati jusque patronatus sive presentandi dictorum beneficiorum illi vel illis cui vel quibus in prefatis dotacionis litteris reservatum existit, futuris temporibus reservantes. Datum apud arcem sancti *Martini* in civitate

nostra

noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro appenſo decima ſeptima Marcij Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto.

Praemiſſa Archiepiſcoporum Moguntinorum *Adolphi*, *Dietheri* & *Alberti* ſigilla ab originalibus affabre delineata, nitide exſculpta, & deſcriptione et documentis illuſtrata ſubſequuntur a Num. I. ad XXVIII. Brevia Pontificum, quae Rebus Germaniae lucem affundunt.

A num: XXIX—CXI. chartae Archivij Cathedralis Mindenſis; Ingenti mihi erit gaudio, ſi quiſpiam Hiſtoriae cultor ex hiſce documentis Hiſtoriam Eccleſiae Mindenſis Orbi litterato offerat; cui labori Tomus, qui ſequitur decimus non minimam, ultimam tamen chartarum ejusmodi copiam eſt ſuppeditaturus.

Sequuntur Cellenſia a num. CXII—CXXV. nec minoris notae Trevirenſia a num. CXXVI—CXXVIII.

Hiſtoriam Moguntinam ſub *Adolpho* I. Archiep: novis acceſſionibus reddunt illuſtriorem num: CXXIX—CLXXV. Huic Tomo coronidem imponunt Argentinenſis Eccleſiae diplomata a CLXXVI usque ad finem huius Tomi.

Omnes & chartas ſingulas ex originalibus & libris copialibus coaevis deſumptas prolixius exhibet ſequens.

ELEN-

ELENCHUS

CHARTARUM ET DOCUMENTORUM AUTHENTICORUM.

IX.

XX.

XXX.

XLIII.

LXVIII.

XCII.

CXVI.

CXXXII.

CXL.

CXLVIII.

CLV.

CLXVIII.

CLXXV.

CLXXXVIII.

CXCV.

Valete Amici Rei Diplomaticae Cultores! junctis manibus, animis et viribus collaborate ut studium Diplomaticum indies magis reflorescat in maximum Publicae Rei incrementum. Dabam apud Vangiones III. nonas Aprilis MDCCLXXXVII.

BREVIA

BREVIA PONTIFICUM AD GERMANOS DATA ET LITTERAE AD ILLOS.

I.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER PRAEPOSITURA COLONIENSI.

G*regorius* &c. Dilectis filiis.. Abbati Everbacen. Magunt. Dioc... Decano &.. scolastico Maguntin. salutem &c.

Dilectus filius *Conradus* Prepositus Colonien. sua nobis petitione monstravit, quod cum *Conradus* subdiaconus noster Canonicus Colon. ad Decanum, Cantorem & *W.* Canonicum Lumburgen. nostras impetrasset litteras continentes, ut aliquem honorabilem personatum, si quis tunc in Civitate vel dioc. Colon. vacaret, alioquin quam cito vacare contingeret, sibi auctoritate nostra conferrent, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, & idem subdiaco-

nus postmodum Prepositurам Ecclesie sancte *Marie ad Gradus* Civitatis ejusdem per electionem Canonicorum ipsius ecclesie precedente monitione executorum ipsorum fuisset adeptus, deinde eadem Prepositura & Canonicatu Coloniensis Ecclesie non contentus, Preposituram Colonien. dampnabiliter concupiscens ab eisdem executoribus, quorum jurisdictio per obtentam Gratiam penitus expirarat, *Bernero* Maioris ecclesie & *C. de Witb* sancte *Marie de Gradibus* Colonien. Canonicis obtinuit demandari, ut ei de hujusmodi dignitate juxta litterarum ipsarum continentiam providerent, qui eandem Preposituram Colonien. nec de facto nec de jure vacantem, quanquam Decanus Colonien. nullam super hoc jurisdictionem habens, post appellationem ab ipso Preposito ad sedem Apostolicam interjectam denuntiasset eam vacare motu proprie voluntatis, pro eo quod dicebat ipsum Prepositum minus sufficientem amministrare sibi & aliis Canonicis Colonien. Ecclesie, super quo coram delegatis a nobis judicibus idem Decanus sibi moverat questionem, eodem Preposito nec monito nec citato pro sue voluntatis arbitrio memorato subdiacono contulerunt, ac postmodum in eundem prepositum nolentem ad monitionem ipsorum dimittere domum Preposlture jam dicte de facto excommunicationis sententiam promulgarunt & excommunicatum fecerunt publice nuntiari, idemque subdiaconus ad impugnandum eundem, quasdam a nobis contra ipsum super eadem prepositura in communi forma litteras impetravit, in

qui-

quibus ſe Prepoſitum & eum ſimplicem clericum nominavit de premiſſis non habita mentione. Quare nos poſtmodum eidem Prepoſito in noſtra olim preſentia conſtituto ſuper tanto gravamine providentes, dictam excommunicationis ſententiam & ſiqua alia poſtquam iter arripuit ad ſedem Apoſtolicam, veniendi occaſione habita ex premiſſis in ipſum extitit promulgata, ab eodem juratoria cautione recepta, quod Eccleſie mandato pareret, ſi conſtaret eam juſte prolatam, relaxari fecimus ad cautelam, dantes.. Cantori Treveren. noſtris litteris in mandatis, ut in ſtatum priſtinum revocaret quidquid contra eum poſt iter arreptum ſuper eadem prepoſitura ejusque pertinentiis inveniret temere attemptatum, & ſi poſt dictam appellationem eundem Prepoſitum ſibi ſpoliatum eſſe conſtaret, amoto ab ea quolibet detentore, de ipſo Prepoſito reſtituto, poſtmodum quod ſupereſſet, queſtionis audiret. Preterea nos nichilominus per alias litteras declarantes, quod intentionis noſtre non erat eundem Canonicum poſt eandem Prepoſituram S. *Marie ad gradus* prepoſituram aliam obtinere, mandavimus, quod dictus cantor eum faciens illa eſſe contentum, quicquid circa aliam pro ipſo inveniret litterarum ipſarum occaſione preſumptum decerneret irritum & inane; ſed idem cantor conſanguineus partis alterius per litteras noſtras non ad juſtitiam, quin potius ad inſaniam concitate ſibi, & eidem Prepoſito diverſas inferentibus injurias & jacturas in ipſo negotio procedere non potuit, ſed illud ad noſtri limam

 ex-

examinis destinavit. Quare nos . . sancti *Gereonis* & . . sancti *Georgii* Colonien. & . . *Pinguensis* prepositis inter alia dedimus in mandatis ut nullis litteris obstantibus super hoc ab alterutra partium a sede Apostolica impetratis Kal. mensis septembris nuper preteritas dicto canonico terminum peremptorium prefigerent, in quo compareret personaliter coram nobis facturus & recepturus quod ordo deposceret rationis. Et quanquam prefati sancti *Gereonis* & *Pinguensis* Prepositi tertio presente & sub pretextu habendi consilium executionem mandati Apostolici retardante, licet ad citationem hujusmodi faciendam nullo consilio indigeret, mandatum ipsum exequi procurantes, litteras nostras in Capitulo Colonien. coram Prioribus & aliis quam pluribus clericis Colonien. legi publice faciendo, prefatum Canonicum, cui citationis litteras direxerunt, in majori & sancte *Marie ad gradus* Ecclesiis ubi domicilia habere dinoscitur, nec non coram Archiepiscopo Colonien. per litteras suas peremptorie citaverint, ut in predicto termino coram nobis personaliter compareret, prout in eorum litteris perspeximus contineri, ipse tamen predicto elapso termino per quinquaginta dies & plures expectatus a nobis, utpote de suo jure diffisus non curavit se nostro conspectui presentare. Nos igitur pati nolentes, quod idem Prepositus, pro quo multis mirantibus tam temere ac enormiter fatigato apud nos & antiqua sue conversationis noticia & plurium Teutonie Principum laudabilia testimonia intercedunt, ejusdem Canoni-

ci super hiis, ut dicitur, de lorica potius quam de justitia confidentes, consuetis angustiis alterius tribuletur, discretioni vestre in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus eundem in corporalem ipsius Preposíture possessionem omni difficultate & occasione postpositis, inducentes ac defendentes inductum de proventibus ejusdem Prepositure juxta taxationem venerabilis fratris nostri .. Archi Episcopi Moguntini auctoritate nostra factam pro tempore preterito satisfieri faciatis eidem, si nondum ei super hoc extitit satisfactum, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores &c. non obstante Constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali & litteris a sede Apostolica impetratis vel etiam impetrantis, que de hiis plenam non fecerint mentionem, mandatum nostrum taliter impleturi, ut effectus operis vos dignos apud nos laude constituat, & idem Preposito super hoc replicandi laborem necessitas nos incumbat. Quodsi non omnes &c. Datum *Interamne* quinto Idus Januarij Pontificatus nostri anno decimo. *)

9. Jan.

Ex regesto anni X. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 307.

 I.

*) Vide Breve Apostolicum hac super re emanatum an. *Gregorii IX.* octavo. Tomo praecedente.

II.

SIFRIDI III. ARCHIEP. MOG. LITTERAE AD DOMINUM PAPAM UT CUM IMPERATORE INEAT CONCORDIAM.

Sanctiſſimo in Xpō Patri ac Domino ſuo *Gregorio* ſacroſancte Romane Ecclesie ſummo Pontifici *S.* Dei gratia Archiepiſcopus Maguntinus debitum plene ſubjectionis & obedientie famulatum. Occaſione diſcordie Pater ſancte inter vos & Dominum Imperatorem exorte *) mala guerrarum per univerſam terram exurgunt & diſponuntur in diſſenſiones & diſcidia nationes tam in partibus transmarinis quam etiam cismarinis & preter id quod maximum eſtimatur, impeditur ex eo negotium Terre ſancte, ſi tranquillitatem & pacem miſericordia ſalvatoris non miſerit inter partes, verentur omnibus hiis majora & catholice fidei graviora, niſi medelam quam poteſtis, diſcordie hujusmodi morbo per ſapientiam deſuper vobis datam curaveritis adhibere. Ideoque ſanctitatem veſtram humiliter ſupplicamus & conſulimus quantum licet, ut & que premiſſa ſunt & que poterunt provenire miſericorditer intuentes, eis, que concordie ſunt & pacis veſtram clementiam acclinetis & ſuper premiſſis fratrem *Conradum* venerabilis Domus Teutonice Transmarine Magiſtrum, virum utique religioſum ac providum ac diſcretum miſe-

ri-

ricoditer audiatis; & ſi ad concordiam reformandam preſentia noſtra viſa fuerit oportuna, pro reverentia matris noſtre Romane Eccleſie, ac populi ſui ſalute parati erimus nos exponere tam laboribus, quam expenſis. Datum *Gaſtele* XII. Kal. Maji Pontficatus veſtri Anno X.

20. Apr.

Ex Tom. V. Regeſt. Litterarum Apoſtolicarum *Greg.* PP. IX. pag. 255.

*) *Gregorius* in litteris Apoſtolicis graviſſimas contra *Fridericum* II. Imp. nunc anathemate percuſſum profert querelas. Sic incipiunt: Chriſti Eccleſia tot anguſtiis perturbata, dum alere credit filios, nutrit in ſinu ignem, ſerpentes & regulos, qui flatu, morſu, incendio cuncta vaſtare nituntur. Hinc eſt quod ad monſtra hujusmodi perimenda, expugnandas acies inimicas ac tempeſtatum inquietudines mitigandos Apoſtolica ſedes his temporibus cum multa diligentia quendam nutrivit alumnum Imperatorem videlicet *Fridericum,* quem quaſi a matris utero excepit genibus, lactavit uberibus, humeris bajulavit, de manibus querentium animam ejus frequenter eripuit, educare ſtuduit multis laboribus & expenſis, usque ad virum perfectum deduxit ad regiae dignitatis honorem . . . ipſe autem . . . . vide Raynald. Annal. Tom. XIII. pag. 341.

III.

GREGORIUS PP. IX. AD SIFRIDUM ARCHIEP. MOG. RATIONE DEBITI AB ARCHI EPISCOPO COLONIENSI PERSOLVENDI.

Gregorius &c. Venerabili Fratri . . Archiep. Magunt. ſalutem &c.

Dilectus filius nobilis vir *juvenalis Mannetti* civis Romanus devotus noſter in noſtra propoſuit preſentia conſtitutus, quod cum ipſe olim . . Colonienſi Archiepiſcopo quandam mutuarit pecunie quantitatem *) & pro ejus recuperatione diu laboraverit, dampna gravia & onera ſuſtinens expenſarum, induci hactenus ad ſatisfactionem non potuit Archiepiſcopus memoratus, quin immo compoſitionem etiam amicabilem, quam fecit cum ipſo, ſicut dicitur, non ſervavit, unde ſuppliciter poſtulavit a nobis, ut imponere laboribus ſuis finem per oportunum remedium dignaremur. Nos igitur, tam ipſius Archiepiſcopi & Eccleſie ſue utilitatis, quam civis predicti juſticie conſulere cupientes, Fraternitati tue diſtricte precipiendo mandamus, quatenus redditus & proventus menſe Archiepiſcopalis fideliter colligi faciens, Archiepiſcopo competenti pro viſione taxata, prefato civi exinde ſatisfacias, ſicut tibi duxerimus injungendum. Quodſi adhuc inter eos compoſitio amicabills poterit provenire, juxta eam ipſi *juvenali*, uſu-

usuris omnino cessantibus, satisfacias de redditidus & proventibus memoratis. Verum si Archiepiscopus cum eo de jure suo maluerit experiri, persigas ei terminum peremptorium competentem, quo per se vel responsalem idoneum compareat coram nobis, satisfactionem, quam sibi debuerit, impensurus. Tu tamen in predicta reddituum & proventuum collectione procedas, eos conservari facias diligenter, donec mandatum a nobis receperis speciale. Contradictores &c. nullis litteris justitie & veritati prejud. a sede Apostolica impetratis. Non obstante prohibitione facta olim a nobis super debitis Romanorum. Datum *Viterbii* sexto Kal. Maji Pontificatus nostri Anno decimo.

26. Apr.

Ex regesto Anni X. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 77.

*) Mirum non est, Archiepiscopatum Coloniensem alieno aere gravatam fuisse, si perpendamus belli calamitates ab initio hujus seculi ab eodem perpessas dum *Colonia* a *Philippo* suevo obsessa, ab *Othone* liberata tandem se *Philippo* dederat, dumque anno 1217. trecentarum navium classem contra saracenos conflaverat &c. quod ex historia Coloniensi patescit.

IV.

GREGORII PP. IX. BREVE AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNT. CONSECRATIONEM EPISCOPI WORMATIENSIS CONCERNENS.

Gregorius &c. Venerabili Fratri .. Archiepiscopo Mag. salutem &c.

Per litteras tuas, an ad consecrationem dilecti filii .. Wormaciensis Electi procedere debeas quesivisti. *) Cum igitur ad instantiam Karissimi in Xpō fili nostri *F.* Romanorum Imperatoris semper Augusti venerabilibus fratribus nostris .. Ildesemen. & .. Ratisponen. Episcopis inquisitionem super quibusdam de prefato Electo commiserimus faciendam, nec fuerit in ipsa processum, illo interim bonis episcopalibus spoliato, propter quod idem ad sedem Apostolicam personaliter laboravit, Fraternitati tue mandamus, quatenus ne Wormaciensis Ecclesia taliter maneat destituta pastore, assumptis duobus vel tribus suffraganeis tuis, eidem Electo, si aliquod Canonicum non obsistit, munus consecrationis impendas. Datum *Viterbii* 3. non. Maji Pontificatus nostri anno decimo.

5. Maji.

Ex regesto Anni X. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 69.

*) Du-

*) Dubium non erat, utrum ad Metropolitanum pertineat munus consecrandi Episcopum suffraganeum, sed cum *Landolfus* ab *Hohenech* electus apud *Fridericum* Imperatorem, quod staret e partibus *Henrici* Regis; *Sifridus* Archiepiscopus rem hanc ad Pontificem deferre quam apud hunc & Imperatorem impingere maluit. vid. *Schannat hist. Worm. p.* 372. ubi *Landolfi* eximiae dotes describuntur.

V.

GREGORIUS PP. IX. PRAEPOSITO FRANCOFORDIENSI COMMENDAT MARINUM PRO OBTINENDO BENEFICIO.

G*regorius* &c. dilecto Filio *Ranaldo de Puzalia* subdiacono nostro Preposito de *Francoforti* Magunt. dioc. salutem &c.

Cum Apostolice sedis providentia se nonnunquam liberalem exhibeat extraneis & ignotis, circa familiares & notos ad benefaciendum ipsis eo debet promptior inveniri, quo bene meritis indignius denegaret, quod aliis ex sola benignitate concedit. Sane cum dilectus filius Magister *Marinus* Subdiaconus noster clericus dilecti filii nostri *J*. tit. sancte *Praxedis* presbiteri Cardinalis se talem in oculis nostris gravitate morum & devotione sincera curaverit exhibere, ut quod multis aliis datur ex gratia, sibi ex merito debeatur, ne ipsius exprobrari probitas videatur, si-

ſi eam proviſionis apoſtolice relinqueremus expertem, diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem in provincia Maguntina in aliqua Prepoſitura ſeu alio beneficio competenti, ſi quod vacat ad preſens vel quam cito ſe facultas obtulerit, auctoritate noſtra ſtudeas providere. *) Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, mandatum noſtrum taliter impleturus, quod idem tue prudentie gaudeat ſe commiſſum, & nos poſſimus ipſam merito commendare. Datum *Interamne* tertio nonas Junij Pontificatus noſtri anno decimo.

3. Junij.

Ex regeſto anni X. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 109.

*) Reſervationes beneficiorum ſenſim irrepſere. vid. praef. Subſidior. Diplomat. Tom. IV.

VI.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER INQUISITIONE IN MIRACULA ABBATISSAE *HILDEGARDIS* IN MONTE S. RUPERTI.

Gregorius &c. Dilectis filiis.. Decano.. ſcolaſtico & *Waltero* Canonico Magutin. ſalutem &c.

Sup-

Supplicantibus nobis olim dilectis in Xpō filiabus Abbatissa & sororibus Monasterii sancti *Roberti de Pinguia* Mag. Dioc. ut recolende memorie *Hildegardim* Abbatissam ejusdem monasterii, que in vita & post mortem multis dicitur coruscasse miraculis, sanctorum adscribere Cathalogo curaremus, deferri ad nos libros ipsius, quos sancti spiritus revelatione composuisse creditur, facientes, cum preter psalterium nullas litteras didicisset, nos.. Preposito Majoris Ecclesie a) *W.* b) Decano & *H.* c) scolastico sancti *Petri* Maguntin. nostris dedimus litteris in mandatis, ut de ipsius vita, conversatione, fama, meritis & miraculis ac generaliter de omnibus circumstantiis per testes fide dignos conquirerent diligentius veritatem, nobis, quod invenirent, cum predictis libris sub sigillis suis fideliter remittentes. Quorum ad nos inquisitione remissa quosdam invenimus, in illa defectus; cum enim habeatur in depositionibus testium ad nostram presentiam destinatis, quod eadem multos curaverit demoniacos & infirmos, nec persone, nec loca, nec tempora designantur, neque reperitur in eis quid vel que.. Magistra dixerit, cum tamen dicatur ibidem majorem partem conventus id quod Magistra dixisse. Preterea cum Magistra ipsa primo interrogata deposuerit illam multa signa fecisse, in dictis depositionibus

a) *Christiano* vid. *Joannis Tom. II.* p. 273.

b) *Walthero,* qui adhuc in vivis erat an. 1245.

c) *Hertvico* qui adhuc legitur an. 1245.

bus invenitur eam dixiſſe idem, quod teſtes alii & conventus; quo circa mandamus, quatenus in inquiſitione prefata diligenter ac provide juxta formam illis traditam procedentes, que inveneritis, ſub ſigillis veſtris diſtincte ac prudenter expoſita usque ad noſtrum beneplacitum fideliter conſervetis. quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe potueritis, duo vel alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum *Viterbii* ſecundo nonas Maji Pontificatus noſtri anno XI. *)

6. Maji.

Ex regeſto Anni XI. Litterarum Appoſtolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 63.

*) Negotium hac vice necdum fuiſſe abſolutum patet ex aliis *Innocentii* IV. litteris, queis novum examen numeris omnibus abſolutiſſimum demandavit inſtuendum. Later. VIII. Kal. Decembr. . . an. 1243. ex lib. 1. ep. 253.

VII.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER PRAEPOSITURA COLONIENSI.

Gregorius &c. Dilectis filiis . . ſancti *Petri* . . ſancti *Stephani* & . . ſancte *Marie in Campis* Decanis Magunt. ſalutem &c.

Ex-

Exhibita nobis dilecti filii C. Prepositi Colonien. petitio continebat, quod cum dudum C. Presitus sancte *Marie ad Gradus* Colonien. ipsum Prepositura sua Coloniensi per violentiam spoliasset, nos post diversas commissiones ad judices diversos hinc inde ab Apostolica sede obtentas, dilectis filiis . . Abbati Eberbacen. Mag. Dioc. Decano & scolastico Maguntinis dedimus nostris litteris in mandatis, ut nullis litteris a sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis obstantibus, que de illis plenam non facerent mentionem, ipsum omni difficultate & occasione postpositis in ejusdem Prepositure corporalem possessionem inducere ac inductum defendere procurarent, invocato ad hoc, si opus esset, auxilio brachii secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo; sed eis tandem *Conradum de Bure* Canonicum Colonien. procuratorem ipsius ejus nomine in possessionem eandem inducentibus & assignantibus ei stallum chori & locum Capituli consuetum, dictus Prepositus sancte *Marie* spiritu nequitie concitatus & quidam alii complices sui Colonien. & Treveren. Civitatum & diocesum concanonicum ipsum non absque injectione manuum violentia per capillos expulerunt exinde violenter, prout presentate nobis dictorum judicum littere continebant, propter quod iidem judices illis excommunicatis publice nuntiatis in perturbatores possessionis ipsius excommunicationis sententiam exigente justitia promulgarunt. Verum supradictus Prepositus sancte *Marie* illatis dic-

dicto Canonico injuriis non contentus, quandam ejus domum cum complicibus supradictis invadens bonis omnibus ibidem inventis exinde per violentiam asportatis eundem Canonicum detinet carcerali custodie mancipatum, non absque apostolice sedis injuria & contemptu & in dicti Prepositi Colonien. prejudicium non modicum & gravamen sibi & suis pejora prioribus comminando. Preterea sicut accepimus.. Decanus S. *Petri* Trajecten. & ejus conjudices, ad quos memoratus Prepositus sancte *Marie* contra predictum Prepositum Colonien. a nobis litteras in forma simplici dicitur impetrasse & in prenominatum Abbatem Eberbacen. ejusque judices, in quos nulla est eis jurisdictio attributa, excommunicationis sententiam de facto, cum de jure nequiverint, promulgantes inhibuerunt & inhibent, ne quis eis obediat in hac parte, propter quod in negotio memorato debitus non potest haberi processus. Ne igitur si hujusmodi sacrilegiorum temeritas impunita remaneat, eis vertatur in gaudium vel transeat aliis in exemplum, mandamus, quatenus, si est ita, sepefactum prepositum sancte *Marie* ac ejus complices in hac parte, tamdiu appellatione remota per Colonien. provinciam & alia loca, prout expedire videritis, pulsatis campanis & candelis accensis singulis diebus dominicis & feriatis excommunicatos publice nuncietis & faciatis etiam nuntiari, donec supradictis Praeposito Colonien. ac procuratori suo de dampnis illatis & injuriis satisfaciant congruenter & cum vestarum testimonio lit-

litterarum veritas appareat absolvendi loca quoque ad que pervenerint, dum ibidem extiterint contumaces & ubi sepefatus Canonicus tenetur in vinculis vel contigerit detineri, subiciatis ecclesiastico interdicto. Dictam vero excommunicationis sententiam nullam esse penitus nuntiantes processum, si quis per litteras ipsas simplices habitus est, & quicquid ex eo secutum esse constiterit, revocetis, non permittentes sepedictum Colonien. Prepositum ab eodem Preposito sancte *Marie* seu aliquibus aliis super prepositura prefata ejusque pertinentiis, quamdiu stare juri coram sepedicto Abbate ejusque conjudicibus super hiis paratus extiterit per obtentas vel obtinendas a nobis litteras conveniri, nisi fecerint plenam de presentibus mentionem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita competendo. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam extra suam diocesim pars altera ad judicium non trahatur. Quodsi non omnes iis exequendis interesse potueritis, duo vel alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum *Viterbii* secundo Kalend. Septembris Pontificatus nostri anno XI. *)

31. Aug.

Ex regesto anni XI. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 5. ep. 224.

*) Vid. *Tom. praeced. novorum subsidiorum* ubi ad an. 1234. Breve *Gregorii* IX. ad Archiep. Moguntinum protulimus.

VIII.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER MUTILATIONE DIGITORUM E. PRESBITERI WORMACIENSIS.

Gregorius &c. Dilectis Majoris Ecclesie & sancti *Thome* Decanis Argentinen salutem &c.

In nostra constitutus presentia dilectus filius *Ebroldus* presbiter Canonicus Ecclesie sancti *Cyriaci* Worm. Dioc. *) sua nobis relatione monstravit, quod cum inquisitionis causa super mutilatione digitorum sinistre manus sua ac vulneribus per *Hameld. Henricum Ebelinum* & *Bertoldum* presbiteros canonicos Ecclesie nominate irrogatis eidem coram venerabili fratre nostro Wormacien. Episcopo eorum ordinacio fuisset aliquamdiu ventilata & demum ab ejus audientia ad Officialem Ven. fratris nostri.. Archiepiscopi Magunt. delata, **) tandem dictus Officialis ipsam ad Apostolicam sedem remisit sufficienter instructam partibus quod nostro se conspectui presentarent, festum beati *Martini* proximo preteritum terminum peremptorium prefigendo. Verum quoniam eodem presbitero in predicto termino ad sedem Apostolicam accedente pars altera expectata non venit, nec mi-

misit pro se aliquem responsalem, nos ven. fratri nostro *R.* Ostiensi Episcopo causam inqusitionis predicte inspiciendam & audiendam secundum acta per Officialem transmissa prefatum duximus committendam, que acta prescripta inspiciens & examinans diligenter, quia eidem plenarie constitit *Hameldum, Henricum, Ebelinum* & *Bertoldum* predictos mutilationis & vulnerum premissorum auctores & factores fuisse, habito consilio peritorum, ab omni beneficio ecclesiastico, quod ad presens obtinent, de mandato nostro duxit sententialiter amovendos, illos pro eo quod expectati diutius non venerunt ab *Ebroldo* prestito juramento & taxatione super hoc ab Episcopo habita nominato in expensis octo marcarum sterlingorum condempnans eidem. Quare a nobis idem *E.* humiliter postulabat, ut quod jam per dictum Episcopum Ostien. factum est in hac parte observari de benignitate sedis Apostolice per discretos aliquos mandaremus. Nos igitur prefati Ostien. Episcopi sententiam juste latam ratam & gratam habentes mandamus, quatenus ipsam sine difficultate qualibet executioni mandetis. Contradictores &c. Datum *Laterani* VII. Kal. Junij Pontificatus nostri anno duodecimo. 26. Maji.

Ex regesto anni XII. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 6. ep. 118.

*) Primaria Wormatiensis Collegiata vulgo in *Neuhausen* extra muros Worm. haud procul ab hodierna via publica.

 **) No

**) Notari meretur processus ordo in hoc negotio observatus, praesertim causae remissio ad Pontificem.

IX.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER ELECTO CURIENSI.

Gregorius &c. Venerabili fratri .. Episcopo Constantiensi & dilectis filiis .. Abbati S. *Urbani* Cisterc. ord. Constantien. Dioc. & .. Preposito spirensi salutem &c.

Ex parte Decani, Custodis & quorundam aliorum Canonicorum Curiensis Ecclesie fuit propositum coram nobis, quod cum nuper Ecclesia ipsa pastoris solacio destituta & die ad eligendum prefixa ipsi & alii, quorum intererat, in Capitulo convenissent, tandem post diversos tractatus ad electionem per viam scrutinii procedentes, idem Decanus & pars sua G. *) prepositum Ymbriacen. eorum Concanonicum virum utique litteratum, providum Canonice reliqui vero *Volcardum* Canonicum Curien. insufficientem ad hoc penitus & indignum minus Canonice in suum Episcopum elegerunt. Cum autem coram venerabili fratre nostro .. Archiepiscopo Maguntino loci Metropolitano super hujusmodi electionibus fuisset aliquamdiu litigatum, fuit ex parte Decani & sibi adherentium excipiendo propositum coram eo, quod cum idem *Vol-*

*) *Geronem.*

Volcardus electionis sue tempore plura beneficia curam animarum habentia sine dispensatione Apostolica detinens multiplici esset vinculo excommunicationis astrictus, & usurarum ac aliis criminibus irretitus non erat confirmanda ejus electio, sed cassanda & petentes ad hec vec aliqua eorum probanda competentem sibi locum & terminum assignari, ne minus idoneus preficeretur eisdem ad nostram audientiam appellarunt; sed idem Archiepiscopus premissis exceptionibus non admissis & ipsorum appellatione contempta electionem dicti *Volcardi* non absque multa temeritate presumptam, cassata reliqua perperam confirmavit, in contradictores & rebelles & nominatim in eos, ut dicitur, de facto excommunicationis & suspensionis ac in eorum ecclesiam interdicti sententias fulminando. Idem quoque intrusus, ut eos a prosecutione juris sui averteret eosdem, confisus de viribus non de jure suis beneficiis spoliavit ac ministerialis ipsius ecclesie sibi prout etiam nec debuerant non faventes procuravit ab eodem Archiepiscopo excommunicationis vinculo innodari & quasi male sibi conscius, quod diu non possit eandem ecclesiam sic tenere, bona ipsius velut predo dilapidat enormiter, & consumit. Quare nobis humiliter supplicavit, ut indempnitati ejusdem ecclesie precaventes super hiis congruum remedium apponere curaremus. Quia vero ex suscepte nobis officio amministrationis incumbit, ecclesiis presertim pastoribus viduatis paterna sollicitudine providere, discretione vestre de utriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus,

 qua-

quatinus vocatis, qui fuerint evocandi ad cautelam premiſſas excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias relaxantes & predictis ſpoliatis ad beneficia ſua, ſicut juſtum fuerit, re integrantes, audiatis, que hinc inde partes duxerint proponenda & cauſàm ſufficienter inſtructam ad examen Apoſtolicum remittatis, prefixo tam Electoribus quam electis termino peremptorio competenti quo iidem electi perſonaliter & Electores per procuratores ſufficientes & idoneos compareant coram nobis, juſtam auctore Domino, ſententiam recepturi & ne propter expenſarum defectum nullo proſequente negotium jus Eccleſie remaneat indefenſum, faciatis duobus vel tribus de capitulo, quos ad hoc idoneos eſſe noveritis, negotium proſequentibus expenſàs neceſſàrias de bonis eccleſie miniſtrari, quamdiu fuerint ſuis beneficiis deſtituti. Proviſo prudenter, ne interim ſub dubio litis eventu, predicta eccleſia in ſpiritualibus vel temporalibus grave diſpendium patiatur. Contradictores &c. Teſtes &c. Non obſtante Conſtitutione &c. edita in Concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam extra ſuam dioceſim pars ad judicium non trahatur. Quod ſi non omnes &c. Tu frater Epiſcope ea nihilominus exequaris. Datum *Laterani* ſexto Idus Junij Pontificatus noſtri anno duodecimo. *)
8. Junij.

Ex regeſto Anni XII. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 6. ep. 144.

*) *Udal-*

*) *Udalricus* IV. Comes de *Kyburg* Episcopus Curiensis obiit 1237. electus est *Volckardus* de *Nienburg* & a *Sifrido* Archiep. Moguntin. consecratus *Erfordiae* in Dominica Palmarum 1238. licet ab alia parte Capituli Curiensis electus fuisset *Gero* Praepositus. vixit *Volckardus* usque ad an. 1251.

X.

GREGORII PP. IX. BREVE CONTRA INVASORES EPISCOPI LAUSANENSIS.

Gregorius &c. Venerabilibus fratribus . . Maguntin. & . . Bisuntin. Archiepiscopis salutem &c.

Grandis & Gravis excessus, quem *Petrus de Berno* Imperialis justitiarius, *Uldricus de Muracb* miles & quidam alii fautores eorum Lausanen. dioc. in venerabilem fratrem nostrum . . *) Lausanen. Episcopum instigante diabolo commiserunt, nos & Romanam Ecclesiam graviter conturbavit, sicut enim idem Episcopus non absque multa mentis amaritudine in nostra proposuit presentia constitutus, cum ipse ad reconciliandam quandam Ecclesiam sue dioc. accessisset, dicti perditionis filii reverentia divina & humana calcata in ipsum Episcopum irruentes injectis in eum manibus temere violentis ceperunt eundem non absque gravi corporis lesione ac ipsum vestibus turpiter laniatis,

 equo

equo capa, pileo & anulo ſpoliarunt. Preterea idem *Petrus* predictis exceſſibus non contentus, quaſi non ſufficerent ad offenſam cum fautoribus ſuis ſacerdotes & alios clericos tam religioſos quam ſeculares paſſim temere capiens eos ſpoliat nequiter & predatur. Et licet propter hoc ipſo facto vinculo ſit excommunicationis aſtrictus, ad ſue tamen dampnationis cumulum divinis officiis ſe immiſcet in anime ſue periculum, eccleſiaſtice diſcipline contemptum & grave ſcandalum aliorum. Quia vero hujusmodi exceſſus tam deteſtabiles & enormes nec debemus, nec volumus conniventibus oculis pertranſire, mandamus quatenus tam hujusmodi preſumptores, quam omnes quorum ope & conſilio premiſſa facinora ſunt commiſſa, ſingulis diebus dominicis & feſtivis per provincias veſtras excommunicatos denuntiari ſollempniter faciatis & tamdiu ab omnibus artius evitare, donec &c. usque abſolvendi, loca quoque ipſorum ſi qua habent, quamdiu ibi fuerint, ſupponatis eccleſiaſtico interdicto. Et ut facinus tam enorme non ſolum in committentibus puniatur, ſed etiam in deſcendentibus ab eisdem, praeſenti decreto ſtatuimus, ut nullus filiorum ac nepotum ſuorum ex virili ſexu deſcendentium ad eccleſiaſticum Officium ſeu beneficium admittatur, niſi per gratiam ſedis Apoſtolice ſpecialem. Datum *Anagnie* XII. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno duodecimo.

21. Julij.

Ex regeſto anni XII. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 6. ep. 187.

*) *Wil-*

*) *Wilhelmus* erat tunc Episcopus, qui hoc anno obiit. Ecclesiae suae bene praefuit & inter alia civitatem Lausannensem a Barone de *Fossigni* reluit.

XI.

GREGORII PP. IX. BREVE DE PRAEBENDIS FRUCTIBUS BENEFICII CONSTITUTO IN STUDIIS.

Gregorius &c. Dilecto filio *Arnaldo* Canonico sancte *Marie* ad Gradus Mogunt. salutem &c.

Querentibus in agro studii scientiae margaritam, que domum Domini multipliciter decorat & decorat libenter nos favorabiles exhibemus & annuimus quantam cum Deo possumus supplicationibus eorumdem. Cum igitur sicut in nostra proposuisti presentia constitutus de licentia tui capituli studio juris Canonici & civilis per quadriennium duxeris insistendum & satis laudabiliter profeceris in eodem, eique adhuc desideres insudare, nos tuis devotis supplicationibus benignum impartientes assensum, studendi adhuc in jure per triennium & percipiendi per ipsum tempus proventus tuos ecclesiasticos exceptis distributionibus, *) que consueverunt tantum residentibus & hiis qui intersunt horis canonicis ministrari, tibi hujusmodi studio insistenti auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo &c. nostre concessionis infringere &c. si quis autem &c. Datum *Anag-*

 nie

nie quarto Kal. Octobris Pontificatus nostri anno duodecimo.

28. Sept.

Ex regesto anni XII. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 6. ep. 282.

*) Nonnullae causae legitimae dantur, ob quas Canonici a residentia excusentur, fructusque beneficiorum etiam absentes percipiant; sed pene in omnibus cum restrictione ad solos fructus grossos sive praebendae, ut vocant, exclusis distributionibus quotidianis, quae victualia vel manualia dicuntur; eo quod in manum praesentem quasi tradantur, quae de jure communi vix ulli absenti reperies concedi; adeo, ut etiamsi quis rescriptum sive privilegium a sede Apostolica obtinuerit de percipiendis fructibus cum clausula *ac si praesens esset*, nihilominus ait *Fagnanus ad cap. licet. de praebend. n.* 101. distributiones non deberentur; nam harum distributionum ea est natura propria, ut debeantur his tantum, qui *vere* intersunt Officiis Divinis, non autem his, qui ficte resident aut juris interpretatione.

XII.

GREGORII PP. IX. CONFIRMATIO DONATIONIS VILLAE *WERD* ETC.

Gregorius &c. dilecte in Christo filie *Hedwici* de *Sebbet* vidue Maguntine dioc. salutem &c.

Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum & vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur dilecti filii nobiles viri *Hermannus* junior & *Henricus* Lantgravii Turingie tibi servitiorum obtentu, que beate *Helysabet*, cum adhuc viveret, devote ac fideliter impendisti, villam de *Werd* *) Mag. dioc. prout spectabat ad eos, tibi, sicut ex parte tua fuit propositum coram nonis liberali contulerint pietate, nos devotionis tue precibus inclinati donationem ipsam ratam habentes & firmam, villam eandem sicut eam juste possides & quiete, tibi auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostre confirmationis infringere &c. si quis autem &c. Datum *Laterani* 19. Kal. Januarij Pontificatus nostri anno duodecimo.

14. Dec.

Ex regesto anni XII. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 6. ep. 340.

*) Villa *Werde* in Hassia superiore sita. videatur *Dioecesis Moguntina in Archidiaconatus distincta* Tom. III. p. 308. sedes in *Michelbach.*

XIII.

GREGORIUS PP. IX. *SIFRIDUM III.* ARHCIEP. MOG. AD SEDEM APOSTOLICAM VENIRE JUBET.

Gregorius &c. Archiepiscopo Maguntin. spiritum consilii sanioris.

Eterna providentia conditoris sanctam & immaculatam Ecclesiam a sue fundationis exordio eo voluit ordine gubernari, ut uni pastori potestatis plenitudinem obtinenti, ceteri partem sollicitudinis assumentes, tanquam membra capiti communicatis alterutrum emergentibus casibus unione indissolubili cohererent, per quam eis consensibus mutuis solidatis caput famulantibus membris vigorem assumeret & membrorum conditio de sui principii robore firmaretur. Quia igitur grandes Apostolice sedis eventus *) & causas te ignorare non convenit, tanquam necessarium matris Ecclesie munimentum, propter que necessitate urgente tuam & aliorum videmus presentiam plurimum oportunam, fraternitatem tuam rogamus & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nostram presentiam perso-

ſonaliter venire procures, omni occaſione ceſſante, mandatis Apoſtolicis pariturus, ut in expediendis imminentibus nobis negotiis tuo uti conſilio valeamus. proviſo ut in perſonarum & evectionum moderato numero venias, ne nimis Eccleſie tue oneroſus exiſtas. Preterea volumus & mandamus, ut ſuffraganeorum tuorum capitulis, Abbatibus & [illegible]tis aliis tue provincie, qui ſpecialiter non vocantur, auctoritate noſtra injungas, ut ſuper hiis eodem termino ad ſedem Apoſtolicam fideles & providos nuntios emittere non poſtponant. Datum apud *Criptam ferratam* quinto idus Auguſti Potificatus noſtri anno XIV.

9. Aug.

Ex regeſto anni XIV. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 7. ep. 269.

*) Cura revocandorum ad Romanae Eccleſiae conjunctionem Graecorum, cum jam ſaepius de eo agitatum eſſet, una ex illis arduis rebus eſſe potuit, ad quas explicandas Concilium oecumenicum indixit *Gregorius*. Devinctus praeterea cenſuris ob excitatam in Eccleſiam perſecutionem *Fridericus* ad Chriſtianos Reges ac praeſules provocarat, quos ſuae cauſae judices admiſurum prae ſe ferebat. Urgebant alia etiam Eccleſiam mala ingentia & graviorum metus impendebat, cum Tartari deletis infidelibus populis ad Chriſtianos exſcindendos ſe accingerent, ac plures jam clades intuliſſent *Georgianis*. verſabat denique Pontifex ad divinam augendam gloriam plura conſilia, ad quae perducen-

cenda synodum cogendam censuit: utque praesules ex omnibus regnis atque provinciis accedere facilius possent, *Fridericum* de induciis interpellavit, qui iis assentire recusavit, nisi a cogenda synodo absisteret &c. Haec suggerit Historia Ecclesiastica hujus aevi.

XIV.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER CONSECRATIONE EPISCOPI PRAGENSIS.

G*regorius* &c. Ven. fratri .. *) Episcopo Pragensi salutem &c.

Volentes, ut ex eo, quod tibi propriis manibus consecrationis duximus impendendum, aliquid favoris & gratie tibi sentias accrevisse, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut venerab. frat. noster .. Archiepiscopus Moguntinus Metropolitanus tuus in te interdicti vel suspensionis aut excommunicationis sententiam ferre non valeat absque nostra licentia speciali, presentibus post quadriennium minime valituris. Nulli ergo &c. hanc paginam nostre concessionis infringere &c. si quis autem &c. Datum *Laterani* tertio Kal. Jun. Pont. nostri anno XV.

3 oMaji.

Ex regesto anni XV. Litterarum Apostolicarum *Gregorii* PP. IX. Tom. 7. ep. 61.

*) *Ni-*

*) *Nicolao* ex Pragenſi Canonico in Epiſcopum hujus Ecclesiae XXIII. electo poſtquam anno MCCXXX. *Burcardus* Pragenſis Epiſcopus obiit Idus Septembris. *Chron. Pulkavae* apud *Dobner monum. hiſt. Bohemiae Tom. III.* p. 216.

XV.

J. FLANDRIAE COMITISSA ASSIGNAT MARITO SUO PROVENTUS AD VI. MILLE LIBRAS PERCIPIENDOS, ET HUJUS ASSIGNATIONIS CONFIRMATIONEM PETIT A PONTIFICE.

Sanctiſſimo patri ac Domino Dei gratia ſumma Pontifici *Joanna*, *) Flandriae & Haynaviae comitiſſa, Ejus humilis filia, pedum oſcula beatorum.

Sanctitati veſtrae notum fieri volo, quod Ego *Th* **) comiti Flandriae & Hayn, domino & marito meo, de conſenſu cariſſimae ſororis meae, prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, dedi & conceſſi, aſſignavi, prout inferius continetur, proventus ſeu fructus usque ad valorem VI. millium librarum arteſienſium, percipiendos poſt mortem meam ab ipſo *Th.* ſingulis annis, quamdiu vixerit, vel a nuntio ipſius *Th.* ſpeciali, ſi me ſupravixerit, id eſt *Theodoricus.* & ad hoc Ego me & terram meam, & ſpecialiter loca inferius

rius nominata Eidem expreſſe obligavi, promittens juramento praeſtito, quod contra praedictas donationem, conceſſionem, & aſſignationem per me vel per alium, nunquam veniam, nec eas revocabo, ſed obſervabo & obſervari procurabo, renunciabo omni juri & conſuetudini, per quae poſſem contra praedictas donationem, conceſſionem, aſſignationem aliquid attentare. dictarum autem ſex millium Librarum aſſignationem ordinavi fieri in hunc modum. & de redditibus Waſtinarum, tam veterum, quam novarum flandrens: percipiat idem *Tb.* mille, & quadringentas libras praedictae monetae; & ad omnes proventus villae de *Danleten*, ducentas libras. ad nemus & proventus nemoris & Terrae de *Nic'pa*, mille libras. ad *Sluſam*, cum pertinentiis ſexcentas libras. ad ſpicarium Burgens. trecentas libras ad *Spicarium furnens.* ſexcentas libras ad ſpicarium bergens. quingentas libras. quolibet autem Loco ſuperius nominato, de proventibus omnibus ac cenſis & redditibus quocunque nomine cenſeantur, quae ad ipſum locum pertinent, nihil penitus per ſe vel alium aliquo caſu percipere poterit, nec debebit dominus vel domina flandrenſis, niſi prius dictus *Tb.* vel ejus nuntius, totaliter receperit ſummam pecuniae ſibi in dictis locis aſſignatam &c. percipiet autem idem *Tb.* vel ejus nuntius a receptoribus redditum, proventuum, & accenſarum, & ab ipſis accenſatoribus, ſeu collectoribus ſummam pecuniae ſibi in dictis locis aſſignatam, tribus terminis anni, quolibet termino tertiam partem totius pecuniae ſibi datae & aſſignatae, prout ſuperius dictum

ctum est. primus autem terminus est in festo S. *Thomae* Apostoli, ante Natale; secundus terminus est in medio quadragesimae, id est, dominica, qua cantatur: laetare Jerusalem. tertius terminus est infra mensem post festum. B. *Joannis* Bapt. Et ad supradicta omnia firmiter observanda, accensatores & receptatores praedicti jurare tenentur per suum sacramentum plene & integre universa & singula observare & adimplere &c. Inde est, quod sanctitati vestrae humiliter supplico, Pater Sancte, & requiro pro me & Haeredibus meis, ut praedictas assignationem & donationem dicto *Th.* factas dignemini confirmare, & me, Haeredesque meos, per excommunicationis in personas, & Interdicti in terras nostras, habitas & habendas sententias, ad observationem praedictorum omnium compellatis. &c. datum anno Dom. MCCXLII. in die B. *Nicolai*.

Sanctissimo patri ac domino, dei gratia summo pontifici *Margarita*, domina de *dampetra*, ejus humilis filia pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae notum cupio, quod domina & soror mea carissima, *Joanna*, Flandriae & Haynoniae comitissa, viro Nobili, domino *Th.* marito suo comiti Flandriae & Hayn. dedit concessit & assignavit proventus seu fructus usque ad valorem VI. millium artensiens. percipiendos post mortem dictae comitissae &c. praedictam donationem, prout in litteris comitissae plenius continentur, laudo, ratam habui & habebo, & eisdem pro me & meis successoribus vel Haeredibus consensi & consentio. &c.

Datum, apud *Quercetum* anno Dom. MCCXLIII. feria IV. post festum omnium Sanctorum.

4. Nov.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 7183. vid. *Leibniz Codex jur. gent. ad an.* 1244.

*) Filia *Balduini* Imperatoris Constantinopolitani Comitis Flandriae, cui in hoc comitatu successit an. 1206. Donationes ejusdem pias vide apud *Miraeum Dipl. Belg.* p. 163. 164. 167. 169.

**) *Thomas* Sabaudus praedictae *Joannae* Constantinopolitanae maritus. vid. *Miraei Donationes Belgicae* pag. 212.

XVI.

INNOCENTII PP. IV. COMMISSORIUM CIRCA INQUISITIONEM IN MIRACULA ABBATISSAE *HILDEGARDIS* IN MONTE S. *RUPERTI*.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis.. Decano.. Scholastico & *W.* de *Hasceburn* Canonico Magunt. salutem &c.

Supplicantibus olim fel. rec. G. PP. praedecessori nostro dilectis in Christo filiabus.. Abbatissa & conventu monasterii sancti *Ruberti* de *Pinguia* Mag. Dioc. ut recolende memorie *Hildegardim* ejusdem monasterii Abbatissam, que in vita & post ejus mortem multis dicitur coruscasse miraculis, cathalogo faceret adscribi sanctorum.. Preposito majoris Ecclesie *W.* Decano &.. scolastico sancti

Petri

Petri Maguntin. ſuis dedit litteris in mandatis, ut de ipſius vita, converſatione, fama, meritis & miraculis ac generaliter de omnibus circumſtantiis per teſtes fide dignos inquirerent diligentius veritatem & eidem predeceſſori, quod invenirent ſub ſigillis ſuis fideliter intimare curarent, quorum ad ſedem Apoſtolicam poſt modum inquiſitione remiſſa, quidam in illa fuerunt inventi defectus. Nam cum haberetur in depoſitionibus teſtium per ipſos ad ſedem deſtinatis eandem, quod dicta *H.* multos curarat demoniacos & infirmos, nec perſone, nec loca, nec etiam tempora per depoſitiones deſignabantur easdem, neque reperiebatur in eis, quid vel que Magiſtra dixerit, cum tamen inveniretur ibidem majorem partem conventus id quod dicta Magiſtra dixiſſe. poſtea cum Magiſtra ipſa primo interrogata depoſuiſſet prefatam *H.* multa ſigna feciſſe, in ipſis depoſitionibus inveniebatur eam dixiſſe, id quod teſtes alii & conuentus. Unde cum rubricas quaſi & concordantias depoſitionum teſtium & non dicta ipſorum, prout ſimpliciter & ſeriatim depoſuerant, ad ſedem Apoſtolicam transmiſiſſent, vobis dictus predeceſſor dedit ſuis litteris in mandatis, ut in inquiſitione praefata diligenter & provide juxta formam, que predictis prepoſito, ejusque collegis fuerat tradita, procedentes, que inveneritis, ſub ſigillis veſtris diſtincte ac prudenter expoſita usque ad ipſius predeceſſoris beneplacitum fideliter ſervaretis. Quocirca mandamus, quatenus, ſi proceſſiſtis in inquiſitione hujusmodi, recipiendo ſingillatim ſuper premiſſis teſtes fide dignos & eorum dicta prout

quilibet per se simpliciter & seriatim deposuit faciendo conscribi processum ipsum sub sigillis vestris nobis transmittere studeatis. Alioquin de predictis omnibus & novis miraculis, si qua fecisse dicitur, necnon de vita ipsius per fide dignos inquirentes sollicite veritatem, dicta ipsorum testium, quos singillatim examinare curetis, prout eorum quilibet per se coram vobis pure, simpliciter & distincte ac ordinate, quod super predictis omnibus sciverit, deposuerit, faciatis cum attentione conscribi, nobis illa sub sigillis eisdem fideliter remittentes. Quod si non omnes &c. Datum *Laterani* octavo Kalend. Decembris Pontificatus nostri anno primo. *) 24. Nov.

Ex regesto anni I. Litterarum Apostolicarum *Innocentii* PP. IV. Tom. I. ep. 253.

*) Vid. supra an. 1237.

XVII.

P. HAERES BOHEMIAE JURAT PONTIFICI OMNEM ASSISTENTIAM.

Sanctissimo patri ac Domino *Innocentio*, divina providentia S. R. E. summo Pontifici. *P.* *) Dei gratia haeres, & Dominus Regni Boemiae, Dux Austriae, & Styriae, & Moraviae Marchio, cum debita Reverentia pedum oscula beatorum.

Signi-

*) *Przimislaus Ottocarus* primogenitus Regis Bohemiae. Aliud Diploma *Innocentii* vid. *apud Dobner Tom. II. p. 366.*

Significamus sanctitati vestrae, quod Nos ad requisitionem venerabilis viri, fratris *Velasci*, ord. F. F. Minorum, poenitentiarii & Nuntii vestri promisimus, & juravimus, tactis sacrosanctis Evangeliis, in manibus ejusdem Nuntii vestri, in praesentia venerabilium patrum, Domini *Nicolai* Pragensis Dom. *Conradi* Frisingensis, Domini *Brunonis* Olamucensis, Episcoporum, ac Dom. *Johannis* Straginensis, & Dom. *Martini* Breunovensis Abbatum, & *F. Florentii*, fratrum Minorum Pragens. Custodis, praesentibus etiam *Zmylone*, *Jarosco*, *Bachone*, Baronibus Regni, & Marchionatus nostri, & etiam paternitati vestrae, cum affirmatione juramenti, tenore presentium, promittimus bona fide, & sine omni malo ingenio, quod Nos assistemus Vobis, & Ecclesiae Romanae, & *Guillelmo*, illustri Regi Romanorum, quamdiu in gratia & devotione vestra, & ejusdem Ecclesiae Romanae, perstiterit, per nos, & Nostros, cum Regno nostro, terris castris & civitatibus nostris, & cum toto posse nostro, & juvabimus ipsum Regem *Guillelmum*, fideliter & sincere, & cum ab ipso Rege requisiti fuerimus, adibimus praesentiam ipsius, & recipiemus ab ipso Regalia, & sibi homagium ligium praestabimus, & haec omnia, quae promisimus & juravimus in hac parte, servabimus fideliter & sincere, toto tempore vitae nostrae.

Datum *Pragae* VI. Idus Novembr. anno Incarnationis Dominicae MCCLIII.

8. Nov.

NB. Idem juramentum praeſtat *Ottacarus* ejus filius in manibus praedicti Nuntii & praeſentia *Conradi* Friſingenſis, *Alberti* Ratisbonenſis, & *Bertoldi* Patavienſis, Epiſcoporum. Datum in *Chrembs* anno ut ſupra.

Ex Cod. M S. Eminentiſſ. Card. *Othoboni*.

XVIII.

JOANNIS PP. XXII. BREVE PRO MONASTERIO *HIMMELAU*.

Johannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis univerſis *Chriſti* fidelibus praeſentes litteras inſpecturis ſalutem &c.

Vite perempnis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium coronat aciem civium ſupernorum a redemptis precio ſanguinis fuſi de pretioſo corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute inter que illud pregrande eſſe dinoſcitur & ubique, ſed precipue in ſanctorum Eccleſiis Majeſtas altiſſimi jugiter collaudetur. Cupientes igitur ut Eccleſia que infra ſepta monaſterii monialium in *Himelauwe* prope muros opidi *Geylb*, *) ordinis ſancti *Benedicti* Mag. dioc ſub vocabulo beatorum *Lucii* & *Florini* confeſſorum conſtructa dinoſcitur, a *Chriſti* fidelibus congruis honoribus frequentetur, & ut eosdem fideles quaſi per premia ad merita ſalubriter invitemus, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in eorundem ſanctorum & quatuor B. *Marie* virginis feſti-

*) *Gelnhauſen.*

ſtivitatibus devote viſitaverint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi centum dies de injunctis penitentiis miſericorditer relaxamus. Datum *Avinione* 3. non. Julij Pontificatus noſtri anno quarto. *) 5. Julij.

Ex regeſto Anni IV. Litterarum Com. *Johannis* PP. XXII. ep. 1217.

*) Fundationem hujus monaſterii vid. apud *de Gudenus Tom. III. pag. 202.* Reliqua documenta ut e tenebris tandem prodeant, multum deſideramus.

XIX.

JOHANNIS PP. XXII. BREVE PRO ALTARI IN ECCLESIA *SYCHEN*.

J*ohannes* &c. Dilectis filiis univerſis *Chriſti* fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem &c.

Vite perempnis gloria &c. *usque* altiſſimi collaudetur. *ſicut in brevi praecedente* Cupientes igitur, ut altare, quod dilectus filius nobilis vir *Henricus* Comes & dilecta in *Chriſto* filia nobilis mulier *Albeydis* Comitiſſa de *Naſſawe* uxor ejus ad honorem beati *Michaelis* Archangeli in Ecclesia in *Sygen* *) Mag. dioc. conſtruxerunt etiam & dotaverunt a *Chriſti* fidelibus congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui in feſto Apparitionis ejusdem beati *Michaelis* ac dedicatione ipſius altaris ad dictum altare devote ac-

accesserint anuatim de omnipotentis Dei misericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus auctoritate confisi centum dies de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum *Avinione* Idibus Septembris Pontificatus nostri anno XII.

13. Sept.

Ex regesto Litterarum com. *Johannis* PP. XXII An. XII. part. I. ep. 511.

*) Quasdam de hac Ecclesia notitias exhibet *Dioecesis Mogunt. in Archidiaconatus distincta Tom. III. pag. 339. & 343.*

XX.

JOHANNES PP. XXII. LANDGRAVIO HASSIAE CONCEDIT USUM ALTARIS PORTATILIS.

Johannes &c. Dilecto filio nobili viro *Henrico* primogenito dilecti filii nobilis viri Landgravii Principis terre Hassiae & dilecte in *Christo* filie nobili mulieri *Elizabeth* ejus uxori Magunt. dioc. salutem &c.

Devotionis vestre sinceritas, quam ad nos & Romanam Ecclesiam geritis affectu benivolo nos inducit, ut in hiis, que a nobis pie deposcitis, presertim que animarum salutem respiciunt, exhibeamus nos vobis favorabiles & benignos, vestris itaque supplicationibus inclinati habendi altare portatile *) cum debita reverentia & honore & faciendi vobis ac familiaribus vestris super eo] in locis ta-

tamen congruis & honestis per capellanos proprios vel alios presbiteros ydoneos facere celebrari divina, sine juris prejudicio alieni, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere &c. si quis autem &c. Datum *Avinione* quarto Idus Decembris Pontificatus nostri anno XII. 10. Dec.

Ex regesto Litterarum com. *Johannis* PP. XXII. anno XII. part. I. ep. 510.

*) *Joannes Thiers* in Dissertat. *de praecipuis altaribus cap.* 2. notat, quod saeculo demum octavo coeperit altarium portatilium sive viaticorum usus & saeculo XIII. a sede Apostolica impetrata fuerint privilegia utendi hujusmodi altaribus atque ubicunque locorum etiam locis Deo non peculiariter dedicatis, celebrandi. Prima autem horum altarium vestigia ad ipsa Ecclesiae nascentis incunabula esse referenda, optime observat *Catalanus* in Pontificali Romani, quod egregie illustravit commentariis *Tom. II. pag. 183.*

XXI.

LITTERAE COMMENDATITIAE PROCERUM IMPERII AD *BENEDICTUM* XII. PRO *LUDOVICO BAVARO.* *)

Sanctissimo in *Christo* &c. Non absque grandi Zelo quem nos tanquam devoti obedientiae filii &

*) Haec charta *Christophoro Gewoldo* pro defensione *Ludovici IV.* Imp. inservire poterit ad *pag. 141*

& orthodoxae fidei, noſtrorum progenitorum imitando veſtigia fervidi Zelatores ad Sanctitatem veſtram, & ſacroſanctam Romanam Eccleſiam matrem noſtram praecordiali affectu gerimus, & huc usque geſſimus inceſſanter, eidem veſtrae ſanctitati dignum duximus intimandum quod juxta laudabilem & a tempore cujus hominum memoria non exiſtit ſacri Regni & Imperii Romanorum conſuetudinem hactenus inconcuſſe ſervatam, electi in Reges Romanorum a Germaniae principibus, ad quos electio hujusmodi de jure ſeu antiqua conſuetudine pertinere dignoſcitur, praeſertim poſt coronationem Regalem eorumdem Electorum in Reges in ſede magnifici *Karoli Aquisgrani* habitam nomen Regum aſſumpſerunt adminiſtrationem & omnem jurisdictionem ejusdem Regni & Imperii libere juxta dictam conſuetudinem exercendo etiamſi electiones hujusmodi contingebat a praetactis principibus in diſcordia clebrari, hujus autem conſuetudinis, quae facti eſt, & in facto conſiſtit felicis recordationis dominus *Johannes* papa *XXII*, praedeceſſor veſter, ut putamus, ignarus eadem conſuetudine non attenta contra ſereniſſimum dominum noſtrum, dominum *Ludovicum* Rom. Imperatorem, nec non contra omnes & ſingulos eidem in amminiſtratione Regni & Imperii praedictorum dantes conſilium, auxilium vel favorem diverſos promulgavit ſucceſſive proceſſus, diverſas & graves imo graviſſimas penas & ſententias coninentes prout ex proceſſibus ejusdem domini *Johannis* contra dictum dominum noſtrum promulgatis pleniſſime adaparet, propter quod dira Guerrarum in pluri-

bus

bus partibus Regni & Imperii eorundem commotio, ecclesiasticae censurae Vilipensio, rerum dispendia, nec non animarum amarius deploranda pericula in ipsorum Regni & Imperii partibus innumerabilia proveniunt, & cottidie provenire cernuntur. Cum igitur dominus noster *Ludovicus* praedictus, de offensis quas sacrosanctae Rom. Ecclesiae sanctaeque sedi Apostolicae occasione dictorum processuum irrogavit, sanctitati vestrae ac eidem sedi apostolicae satisfactionem & emendam offerat congruentes prout ex legatione Reverendissimorum iu *Christo* patrum & dominorum D. *Hainrici* Archiep. Mogunt. & quorundam aliorum dominorum episcoporum istarum partium sanctitati vestrae nuper facta eandem vestram sanctitatem de hoc credimus plene informatam, sanctissimam paternitatem vestram quam justitiam docere, amare ac colere non ambigimus, devotissima precum instantia eum exaudiendi ex praemissis concepta fiducia humiliter imploramus quatenus memoratis processibus contra praedictam Regni & Imperii Romanorum, & ex consequenti nostrae patriae Germaniae quae a tempore praefati *Karoli* antedictum Regnum & Imperium hujusmodi habere promeruit consuetudinem, ut praemittitur promulgatis per vestrae sanctitatis clementiam revocatis praefatum dominum nostrum Imperatorem ad gremium sanctae matris Ecclesiae cum satisfactione & emenda congruentibus redire humiliter & desiderabiliter affectantem ob praemissa, dispendia & pericula submovenda ex solita vestra & sedis apostolicae ejusdem benignitate ad reconci-

lia-

liationis gratiam admittere dignemini eundem favorabiliter in ſinu veſtrae uberis gratiae confovendo pro indubitato tenentes quod veſtrae ſanctitatis clementia eundem dominum noſtrum *Ludovicum*, quem praecipuum fidei Catholicae non ambigimus defenſorem, poſt reconciliationem hujusmodi ad omnia quae ipſius fidei exaltationem & ampliationem ſanctaeque Romanae Eccleſiae ac ſedis Apoſtolicae honorem ac reverentiam, nec non Regni & Imperii praedictorum bonum & pacificum ſtatum reſpicere dignoſcuntur conſtantem & indefeſſum pugilem reperiet & Athletam. provideat igitur quantocyus circumſpecta veſtrae ſanctitatis prudentia per appoſitionem opportuni & celeris remedii taliter in praemiſſis ut praeter divinae retributionis praemium quod ex tam neceſſarii & piiſſimi operis proſecutione meremini, cunctis ſub chriſtiana Religione militantibus veſtrae manſuetudinis & juſtitiae rectitudo clarius innoteſcat.

Datum *Spirae*.

Ex Cod. MS. Eccleſ. ad S. *Andream* Worm.

XXII.

INNOCENTIUS PP. VIII. AD *FRIDERICUM* ROM. IMPERATOREM.

Chariſſime in *Chriſto* fili! ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Appellarunt ad Nos & hanc Apoſtolicam ſedem dilecti filii Camerarius conſulatus conſules proconſules ac cives civitatis Ra-

Ratisponen. a quadam ſententia ad inſtantiam procuratoris Fiſci Tui imperialis contra Apoſtolos lata *) non obſtantibus nonnullis eorum exceptionibus & allegationibus in jure fundatis & admiſſibilibus ac etiam noſtris privilegiis per predeceſſores noſtros & te ipſum eisdem Camerario & civibus conceſſis ex aliis cauſis & rationibus ac honeſtis mediis in appellatione a ſententia hujusmodi interpoſita latius expreſſis, ante prolationem hujusmodi omnino exhibitis & propoſitis & quorum cauſa hec etiam propria & ad commodum celſitudinis tue & dicti Imperii pertinebat; & propterea in ea Majeſtas tua judicium ſibi aſſumere non poterat, ſed per electores Imperii aut ſaltem per comitem Palatinum Rheni ad quem in vim Bullae aureae clare memorie *Karoli* Romanorum Imperatoris *IV*. hujusmodi cauſarum cognitio ſpectare dicitur, cognoſceretur. Nos etſi pro miniſterio paſtoralis officii nemini petenti fores juſticie debemus precludere; diſtulimus tamen cognitionem cauſe antedicte committere ſperantes atque optantes, ut ad aliqua bona media concordie veniatur, praeſertim cum agitur de intereſſe dilecti filii nobilis viri *Alberti* Ducis Bavarie generi Tui, quem filii loco diligere te credimus. Hortamur igitur celſitudinem Tuam ut velit in cauſa hujusmodi ſuperſedere ac certe bona & honeſta media per ſe aut per medium cariſſimi in *Chriſto* filii noſtri *Maximiliani* Romanorum Regis filii tui perdilecti, ad quem etiam ea propter noſtras dedimus litteras, captare & concordare ac ducem civitatemque predictos commendatos habere velis; nam ut pro tua ſingulari ſa-

ſapientia potes conſiderare, quod non liceret nobis, ſi ſecus fieret, dicte cauſe commiſſionem denegare diutius vel differre. Datum *Rome* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris die VIII. Julij An. MCCCCLXXXX. Pontificatus noſtri anno VI.

*) Operae pretium foret, ex Archivio Ratisbonenſi producere hujus cauſae proceſſum, ut formalia ſaltem ejusdem dijudicari queant.

XXIII.

CONCESSIO UT CLERICI TAM SECULARES QUAM REGULARES INCEDERE POSSINT BARBATI IN PARTIBUS INFIDELIUM.

U*rbanus* *) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis clericis tam ſecularibus quam regularibus, commorantibus in terra *Pere* prope *Conſtantinopolim*, ac in civitate caphenſi, & in partibus infidelium nationum, & aliorum haereticorum & ſchismaticorum, barbas deferentibus, ſpiritum conſilii ſanioris.

Pro parte quorundam veſtrum nobis fuit expoſitum, quod cum vos olim communem fidelium & infidelium illarum partium morem in hac parte ſequentes, barbas nutrietis, venerabilis frater noſter *Petrus*, **) Patriarcha Conſtantinopolitanus, tunc

*) *Urbanus V.* PP.

**) *Petrus Thomas* Carmelitani Ordinis ex Cretenſi Archiepiſcopo creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus.

tunc Episcopus Coronensis, Apostolicae sedis legatus, monuit vos omnes per publicum Edictum, vobis sub excommunicationis pena mandando, quod ex tunc barbas hujusmodi nullatenus nutriretis, & in facientes contrarium excommunicationis sententiam promulgavit, quodque hujusmodi mandatum, propter contrarium morem partium eorundem, non servastis, & sine scandalo observare nequitis. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis misericorditer dignaremur.

Nos igitur, intendentes, quod licet sacri canones interdicant, quod clerici comam non nutriant, neque barbam, volentes tamen hujusmodi scandalo obviare ac pro ipsius evitatione morem praedictum, pro tempore, sub patientia tolerare, vobis, & vestrum singulis portandi seu nutriendi barbas, huiusmodi, vobis auctoritate apostolica licentiam impartimur, ac confessoribus praedicta, vel alia sententia non ligatis, quos singuli vestrum duxerint aligendos, singulos vestrum, quia dicta sententia petierint humiliter se absolvi, ab eadem sententia, auctoritate praefata, juxta formam ecclesiae absolvendi plenam concedimus tenore praesentium facultatem.

Datum *Avenioni* II. Idus Junij. anno pont. nostri III. *) 12. Junij.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 6198.

*) An. 1364.

XXIV.

XXIV.

*VICTOR**) EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KARISSIMO IN *CHRISTO* FILIO *L.* FRANCORUM ILLUSTRISSIMO REGI ETC.

De negotio Ecclesie & nostro multa & saepe magnificentiae tuae scripsisse meminimus, ad quae juvanda & promovenda brachium invictae potentiae tuae libenter invitavimus & obsecravimus enixe, dedissesque jam diu, sicut vere putamus, precibus nostris effectum, nisi pravi homines tuam rectissimam animam a sanctis consiliis avertissent. sed opus est jam nunc dilectissime fili, ut non omni spiritui credas tam de negotio ecclesiae & nostro quam etiam tuo & regni Tui, de quibus cum multa tibi dicere habeamus, nolumus per chartam & atramentum, sed ut efficacius cautiusque inter nos omnia gerantur, *S.* . tam nobis quam tibi fidelissimum juramento adstrinximus, sicque illi cuncta tibi fideliter referenda commisimus. Ei ergo tanquam si nobis ore ad os loquereris, universa quae sub illo juramento dixerit adjuratus crede, in nullo dubitans, quia omnia sicut dixerit verba, ita Domino adjuvante, opere prosequente complebimus, quod faciemus & pro antiqua dilectione, quam tibi veram certamque semper exhibuimus & pro consanguinitate, que per dilectissimam nobis uxorem tuam inter nos (de quo valde gaudemus) nuper contracta feliciter existit. Da-

*) *Victor IV.* dictus antea *Octavianus* una cum *Alexandro III.* electus.

Datum *Cremona* III. Idus Febr. *)

Ex Cod. MS. Bibl. Reg. Suec. in Vaticano num. 179.

*) 11. Febr. an. 1159.

XXV.

PONTIFEX *HONORIUS IV.* EBERHARDO DE *YSENI* CANONICATUM MOGUNTINUM CONFERT.

Honorius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Eberhardo* de *Yseni* a) Canonico ecclesiè Maguntin. salutem & apostolicam benedictionem. Adjutos morum & scientie meritis digne prosequimur favore gratie congruentis, ut dum ... perceptione bonorum perspexerint se fecundos virtutum adjectione continua se reddere studeant insignitos. Cum itaque dilectus filius *Arnoldus* b) Electus Bambergensis Canonicatum & prebendam quos in Ecclesia Manuntin. promotionis sue tempore ad Episcopatum Bambergen. obtinebat, libere in nostris manibus resignarit ac per resignationem hujusmodi quam duximus admittendam, Canonicatus & prebenda predicti vacare noscantur, nos volentes tuorum meritorum obtentu super quibus tibi laudabile testimonium perhibetur ac consideratione venerabilis fratris nostris c) Archiepiscopi Magunt. cujus nepos existis te speciali prosequi gratia & favore canonicatum & prebendam predictos, cum nullus preter nos conferre possit eosdem con-

constitutione felicis recordationis *Clementis* PP. predecessoris nostri super prebendis & aliis beneficiis apud sedem apostolicam vacantibus edita obsistente ac nondum effluxerit tempus statutum per moderationem pie memorie *Gregorii* PP. predecessoris nostri super hoc adhibitam, in generali concilio Lugdunensi cum omnibus juribus & pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus & providemus de illis teque de ipsis per nostrum annulum presentialiter investimus; decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam contigerit attemptari. Non obstantibus de certo Canonicorum numero seu quibuslibet aliis ejusdem ecclesie statutis vel consuetudinibus contrariis juramento confirmatione sedis apostolice sive quacumque firmitate alia roboratis, aut si direximus in eadem ecclesia Maguntin. pro aliis scripta nostra seu si dicte sedis vel legatorum ejus aut alia quavis auctoritate in ea in canonicos aliqui sunt recepti vel ut recipiantur insistant, quibus te in ipsorum canonicatus & prebende assecutione volumus anteferri sed quo ad alios canonicatus & prebendas, nullum per hoc eis prejudicium generari aut si venerabili fratri nostro Archiepiscopo & dilectis filiis Capitulo Maguntin. communiter vel divisim a dicta sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur & ad id compelli non possint, aut quod de beneficiis vel prebendis ad collationem eorum spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem sive qualibet alia indulgentia dicte

se-

dis generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat de qua oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri & per quam effectus hujusmodi noſtre gratie impediri valeat vel differri, ſeu quod ſcholaſtriam canonicatum & prebendam in eccleſia Baſilien. & parochialem eccleſiam de *Kilhoven* Conſtantien. Dioceſis dinoſceris obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre collationis proviſionis inveſtiture & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Rome* apud ſanctam *ſabinam* VIII. Kal. Junij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

1286.

a) *Iſna*, quae vernacula *Iſny* dicitur & comitibus olim Veringenſibus paruit nunc liberas inter Imperii civitates numeratur in Algovia ſita eſt.

b) *Arnoldus* e comitibus *de Solms*.

c) *Henrici de Iſny* ex Epiſcopo Baſileenſi ad Archiepiſcopatum Moguntinum per *Honorium* Pontificem promoti.

XXVI.

HONORIUS IV. PP. EXECUTORES CONSTITUIT, QUI *EBERHARDUM* DE *ISNY* IN POSSESSIONEM CANONICATUS MOGUNTINI DEDUCANT.

Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis .. Electo Basiliensi, a) & .. preposito sancti *Andree* b) Wormaciensis a Magistro *Johanni* de *Sirkis* canonico Treverens. ecclesiarum salutem & apostolicam benedictionem. Adjutos morum & scientie meritis digne prosequimur favore gratie congruentis ut dum votiva perceptione bonorum perspexerint se fecundos, virtutum adjectione continua se reddere studeant insignitos. Cum itaque dilectus filius *Arnoldus* Electus Bambergensis canonicatum & praebendam quos in ecclesia Magunt. promotionis sue tempore ad Episcopatum Bambergens. obtinebat libere in nostris manibus resignavit, ac per resignationem hujusmodi quam duximus admittendam, canonicatus & prebenda predicti vacare noscantur nos volentes meritorum obtentu dilecti filii *Eberhardi* de *Iseni* canonici ecclesie Magunt. super quibus laudabile testimonium perhibetur ac consideratione venerabilis fratris nostri .. Archiepiscopi Magunt. cujus nepos existit, ipsum speciali prosequi gratia & favore canonicatum & prebendam predictos cum nullus praeter nos conferre possit, eosdem constitu-

utione felicis recordationis *Clementis* Pape predecessoris nostri super prebendis & aliis beneficiis apud sedem apostolicam vacantibus edita obsistente ac nondum effluxerit temp us statutum per moderationem pie memorie *Gregorii* pape X. predecessoris nostri super hoc adhibitam in generali concilio Lugdunens. cum omnibus juribus & pertinentiis suis dicto *Eberhardo* apostolica auctoritate contulimus & providimus de illis ipsumque per nostrum anulum investivimus presentialiter de eisdem decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hiis a quoquam contingeret attemptari. Non obstantibus de certo Canonicorum numero seu quibuslibet aliis ejusdem ecclesie statutis vel consuetudinibus contrariis juramento confirmatione sedis apostolice sive quacunque firmitate alia roboratis aut si direxerimus in eadem ecclesia Maguntinens. pro aliis scripta nostra seu si dicte sedis vel legatorum ejus aut alia quavis auctoritate in ea in Canonicos aliqui essent recepti, vel ut reciperentur insisterent quibus prefatum *Eberhardum* in ipsorum Canonicatus & prebende assecutione volumus anteferri, sed quo ad alios Canonicatus & prebendas nullum per hoc eis prejudicium generari aut si venerabili fratri nostro . . Archiepiscopo & dilectis filiis capitulo Magunt. communiter vel divisim a dicta sede indultum existeret, quod ad receptionem & provisionem alicujus minime tenerentur, & ad id compelli non possent aut quod de beneficiis vel prebendis ad collationem eorum spectantibus nulli provideri valeret per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam & ex-

 pres-

pressam non facerent mentionem sive qualibet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali cujuscumque tenoris existeret de qua oporteret in nostris litteris plenam atque expressam mentionem fieri & per quam effectus hujusmodi nostre gratie impediri valeret quomodolibet vel diferri. seu quod prefatus *Eberhardus* scolastriam canonicatum & prebendam in ecclesia Basiliensi & parrochialem ecclesiam de *Kilhouen* constantiens. diocesi. dinoscitur obtinere. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios, eundem *Eberhardum* vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem canonicatus & prebende predictorum auctoritate nostra inducatis & defendatis inductum amoto ab eis quolibet detentore facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prebendam in prefata ecclesia Magunt. in canonicum recipi & in fratrem eique de ipsius fructibus & proventibus ac obventionibus universis integre ac plenarie responderi. Non obstantibus supradictis, aut si est aliquibus a prefata sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte sedis, nisi in eis de indulto hujusmodi plena & expressa mentio habeatur. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum *Rome* apud sanctam *Sabinam* VIII. Kal. Junij Pontificatus nostri anno secundo.

a) *Petro Reich de Reichenstein*, qui *Henrico* ad sedem Archiepiscopalem Moguntinam elevato successit.

b) *Hen-*

b) *Henrico*, qui An. 1280. in diversis contractibus nominatur & ob. 1297. *Schannat hist. Worm.* p. 130.

XXVII.

ABSOLUTIO ET INJUNCTA POENITENTIA *LORETAE* COMITISSAE DE *SPANHEIM* ET COMPLICUM CAPTIVANTIUM *BALDUINUM* TREVIRENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Johannes Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri .... Episcopo Leodiensi salutem & apostolicam benedictionem. Licet atrocissima sit illorum injuria, qui manus sacrilegas in personas spiritualium patrum extendunt, & indigne auxilium ecclesie invocent qui eam acerbiter in honorabilibus suis membris offendunt, tamen ecclesia ipsa, quod matris est, exhibens, non consuevit redeuntibus gremium *) sed ad sinum misericordie recipit penitentes. sane petitio dilecte in Christo filie nobilis mulieris *Lorete* Comitisse de *Spanheym* **) domine *de Starkemberg* a) Treverensis diocesis. apud sedem apostolicam constitute, nobis exhibita continebat, quod ipsa dudum associatis sibi quibusdam suis in hac parte complicibus & fautoribus, in illam prorupit sacrilege temeritatis audaciam, quod venerabilem fra-

 trem

*) Omissa vox: occludere.

**) Nupta erat *Joanni* Comiti de *Spanheim.*

trem nostrum *Balduinum* Archiepiscopum Treverensem & non nullos presbiteros & clericos, tam religiosos quam seculares, in Comitiua existentes ipsius cepit, & ad quoddam castrum suum duxit, & aliquandiu ibidem detinuit captivos, b) quos omnes postmodum hujusmodi reatus penitens omnino illesos pristine restituit libertati. Cumque ipsa Comitissa, nec non dilecti filii nobiles viri *Nicolaus* de *Nouomonte* & *Valkerus* de *Starkemberg*, milites, *Rigwinus* de *Milen*, *Nicolaus* de *Smedeburgh*, domicelli, & *Beltramus* de *Vakelor* laicus, Treverensis & Maguntine diocesis, qui ejusdem Comitisse in captione & detentione predictis extiterunt complices & fautores apud sedem eandem constituit, exhibentes coram nobis ad ostendendum, quod prefatus Archiepiscopus pro se ac suis ejusdem Comitisse suorumque in hac parte complicium absolutioni consensit expresse, patentes ipsius Archiepiscopi Litteras, ejusque sigillo, ut prima facie apparebat a dorso earum munitas, quarum tenor inferius est insertus, nobis humiliter supplicarunt, ut eis de absolutionis beneficio, ab excommunicationis & penis aliis, quas propter premissa incurrisse noscantur, providere de benignitate apostolica, misericorditer dignaremur. Nos ejusdem Archiepiscopi nec non carissimi in Christo filii nostri *Johannis Regis Boemiae* Illustris nobis etiam super hiis supplicantis, prefateque Comitisse supplicationibus benignius inclinati, eidem Comitisse dictisque militibus domicellis & *Beltramo* apud dictam sedem presentibus ut prefertur, per venerabilem fratrem nostrum *Gaucelinum* Episcopum Albanensem

ſem penitenciarie noſtre curam gerentem ab excommunicationis ſententia quam propter premiſſa quomodolibet incurrerunt prius ab eisdem Comitiſſa, militibus domicellis & *Beltramo*, & eorum ſingulis de ſtando mandatis eccleſie atque noſtris & injungenda penitentia peragenda juramento recepto fecimus juxta formam eccleſie beneficium abſolutionis impendi ac eidem Comitiſſe ſuisque filiis impuberibus penas quas per conſtitutionem felicis recordationis *Clementis* Pape *V.* predeceſſoris noſtri editam in concilio Viennenſi ſeu alia jura Canonica, nec non per ſtatuta provincialia & ſynodalia incurrerunt propter hec relaxari, injuncta nihilominus eisdem Comitiſſe militibus domicellis & *Beltramo* per prefatum Epiſcopum penitencia que ſequitur pro premiſſis videlicet, quod & eorum ſinguli, quam cito poterunt ad civitatem ſeu locum ſolennem propinquiorem civitati Treverenſi, cum ad eandem civitatem Treverenſem pro peragenda penitentia hujusmodi, absque perſonarum periculis, non auderent, ſicut in eorum aſſeruerunt conſcientiis accedere, perſonaliter ſe conferant, & in feſto aliquo ſolenni, ſicut in feſto penthecoſtes venturo proximo, ſi fieri commode poterit, alias in inſtanti feſtivitate beati *Johannis Baptiſte*, vel alia ſolenni ab ingreſſu civitatis vel loci, nudis pedibus, & nihilominus prefati milites domicelli & *Beltramus* in tunicis ſine corrigiis, absque capuciis & infulis & totaliter diſcoopertis capitibus portantes ipſorum ſinguli unum torticium cereum ponderis quatuor librarum ad minime accenſum in manibus gradiantur, & cum ad eccleſiam ipſam per-

 ve-

venerint, in majori altari dicte ecclesie predicta torticia sic accensa, devote ac humiliter offerant, suumque reatum predictum ibidem confiteantur publice, cum major ibidem aderit populi multitudo. Etsi forsan prefata Comitissa torticium tanti ponderis portare non posset, illud per alium coram se deferri faciat & ipsa aliud minoris deferat ponderis, prout consciencia sibi dictaverit & viderit expedire. Preterea Comitissa prefata, quam cito commode poterit ad civitatem Treverensem quinquaginta transmittat homines qui tute accedere audeant ad eandem, qui quidem homines aliqua predictarum festivitatum vel alia solenni ab ingressu dicte civitatis usque ad majorem ecclesiam Treverensem pedibus nudis incedentes accensa torticia cerea portent in manibus illa in majori altari ejusdem ecclesie offerendo ipsiusque Comitisse nomine cum major ibidem aderit multitudo populi reatum predictum ibidem publice confitendo. Rursus fabricari faciat Comitissa predicta quatuor Lampades argenteas ponderis duodecim marcharum, quas tunc mittat eidem ecclesie per homines supradictos ante majus altare predicte Treverensis ecclesie permansuras, pro quibus tenendis perpetuis temporibus ibidem sufficienter accensis, certos acquirat de suo proprio redditus, quos assignare propter hoc, memorate Treverensi ecclesie in perpetuum teneatur, super quibus omnibus & singulis confici volumus litteras autenticas, seu publica instrumenta; seriem continentia presentium, nobis fideliter postmodum destinanda. Et ultra hoc, quod tam predicta Comitissa quam milites, domicel-

cel-

celli & *Betramus* predicti jejunare per duos annos continuos in ferculis quadragesimalibus, sextis feriis teneantur, eademque Comitissa in honorem quinque plagarum domini nostri Jesu Christi quinque vel quilibet aliorum predictorum unum pauperes reficiant per duos annos sextis feriis, quibus jejunabunt, ut superius est expressum. Quocirca fraternitati tue, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus per te vel alium seu alios Comitissam, milites, domicellos & *Beltramum* predictos denuntians, ab eadem excommunicationis sententia, cum per eos requisitus fueris, absolutos, quibuscunque aliis ejusdem Comitisse, super predictis captione & dentione complicibus & fautoribus qui ab eadem sententia petierint humiliter absolvi, auctoritate nostra beneficium absolutionis, juxta ecclesie formam impendas, similem, que injuncta est predictis militibus, domicellis & *Beltramo* penitentiam, & alia, que de jure videris injungenda, ipsis complicibus & fautoribus eorumque singulis per te absolvendis, nihilominus injungendo. Nos autem prefate Comitisse ac militibus, domicellis & *Beltramo* predictis mandamus in virtute praestiti juramenti, ut de cetero ad simile perpetrandum facinus prorumpere non attemptent penitentias complere integraliter studeant supradictas, & idem aliis ejusdem Comitisse a te absolvendis presentium auctoritate complicibus per te mandari volumus & injungi. Tenor vero littere predicti Archiepiscopi talis est. Sanctissimo in Christo patri, & Domino, domino *Johanni* sacrosancte Romane ac universalis ecclesie digna Dei providentia sum-

ſummo Pontifici ejusque penitenciariis *Baldwinus* Dei gratia ſancte Treverenſis eccleſie Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Galliam Archicancellarius devota pedum oſcula beatorum. S. V. ſupplico humiliter & devote, quatenus ſpectabili matrone *Lorete* Comitiſſe *de Spanheim* domine *in Starckemberg* & omnibus ſuis qui culpabiles fuerunt & ſunt, in captivitate qua ipſa olim per ſe & ſuos, me & quosdam meos clericos quodam caſu fortuito detinuit & facit aliquamdiu detineri, ſuper eo dignemini abſolutionis beneficium impendere, & ab ipſis cujuslibet inhabilitatis & infamie notam, ea occaſione per ipſos contractam tollere gratioſe quod de meo & dictorum meorum clericorum eſt conſenſu & bona ac libera voluntate. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum, hiis litteris tergotenus impreſſum. Datum *Treueris* Anno Domini M°CCC°XXIX. die XVII. menſis Martii. Datum *Auinion*. III. non. Maji Pont. mei anno XIV.

a) Caſtrum prope oppidum *Trarbach* ad *Moſellam*.

b) *Trithem. Chron. Hirſaug. Tom. II. pag. 161.* His temporibus Trevirorum Archiepiſcopus in loco, qui dicitur *Birckenfeld* in ſua dioeceſi ſed in fundo Comitis Moſellani de *Starckemberg* novum caepit aedificare caſtellum in non parvum Comitis dicti praejudicium, qui eo tempore ad S. Domini ſepulchrum . . profectus erat. uxor ejus animo immutata virili conductis militibus Archiepiſcopi conatibus obſtitit . . . *Balduinum* cepit & in ipſo caſtro *Starckenberg* cuſtodivit . . . nullis precibus vel minis induci potuit, ut Pontificem captivum dimitteret niſi & pecunia ſe more captivorum redimeret & caſtrum *Birckenfeld* ab-

abjuraret. Consensit necessitati praesul captivus & postulatam feminae pecuniam tradidit & quod de Castello *Birckenfeld* se amplius non intromitteret litteras & cautiones necessarias dedit, sicque reformata pace inter se liber discessit... De hac pecunia in perpetuam sui nominis laudem castellum extruxit *Frauenberg* dictum... Res tandem ad Pontificem delata supradictae poenitentiae causa fuit, confer. *Brower ad an. 1328.*

XXVIII.

BULLA *MARTINI V.* PP. CONSERVATORIA JURIUM ET LIBERTATUM CLERI MOGUNTINI.

M*artinus* Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis preposito sancti *Petri* extra muros Maguntinos & sancte *Marie* Wormaciensis ac sancti *Castoris* in *Confluentia* Treverensis Dioc. Decanis Ecclesiarum salutem & Apostolicam benedictionem. Ad compescendos conatus nepharios perversorum, qui personas & loca ecclesiastica super bonis & juribus suis offendere ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per Romanum Pontificem decet de opportuno remedio providere, quanto per amplius turbationes hujusmodi & molestie in divine Majestatis offensam nec non ecclesiastice libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidem in diversis mundi partibus consules civitatum & Rectores nec non alii qui potestatem habere videbantur,

tur, tot onera frequenter imponerent ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quam sub Pharaone fuisset, qui legis divine notitiam non habebat, quique omnibus aliis servituti subactis sacerdotes & possessiones eorum in pristinam libertatem dimisit & de publico eis alimoniam ministravit, in *Concilio Lateranensi* ecclesie immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum extitit, ne Consules Rectores aut alii predicti ecclesias & viros ecclesiasticos talliis seu collectis vel exactionibus aliis aggravare presumerent, transgressores & fautores eorum precipiendo anathematis sententie subjacere, donec satisfactionem impenderent competentem, & etiam deinde in generali Concilio editum fuerit, quod si Episcopi forte simul cum clericis etiam si tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per ecclesias laicis ducerent concedenda, minime super hoc consulto Romano Pontifice, concessiones & sentencie, que a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgate, essent irrite & inanes, nullo unquam tempore valiture, ac etiam in ipso Generali Concilio decretum extitit, illum qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitutionum vel sanctionum hujusmodi sustineret anathema tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus nec non ipsius successorem qui non satisfaceret infra mensem, incurrere ecclesiasticam censuram, conclusum donec satisfaceret competenter,

ter, cum succederent monere qui substitueretur in honore. Postmodum vero felicis recordationis *Honorius* PP. III. predecessor noster attente considerans, quod quondam *Fredericus* II. olim Romanorum Imperator tunc sub obediencia & devocione sancte Romane Ecclesie persistens ad laudem ejusdem ecclesie & sacri decus Romani Imperii cupiens ut expurgatis quorumdam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis de cetero ecclesie & ecclesiastice persone plena vigerent quiete & secura liberte gauderent ac pie & juste attendens quod quorumdam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros Canones statuta sua confringere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat & preceperat irrita nuntiari & omnia statuta & consuetudines que civitates loca & potestates vel consules aut quecunque alie persone contra libertatem ecclesie vel personas ecclesiasticas hujusmodi edere aut servare temptarent contra canonicas vel imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent & si de cetero talia attemptarent, illa ipso jure decrevit esse nulla & eos sua jurisdictione privatos, nec non locum ubi talia deinceps presumpta fuissent banno mille marcharum auri Fisco Imperiali preceperat subjacere, potestates vero consules statutarii & scriptores statutorum predictorum nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata judicarent, ex tunc essent ipso

ju-

jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere, quodque ſi per annum prefatarum conſtitutionum inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impune ab omnibus occupari, ſalvis nichilominus aliis penis contra tales in eisdem generalibus conciliis promulgatis. Et inſuper voluit idem Imperator quod nulla communitas vel perſona publica ſeu privata collectas ſeu exactiones angarias vel perangariis eccleſiis vel aliis piis locis aut eccleſiaſticis perſonis hujusmodi imponere ſeu invadere eccleſiaſtica bona preſumeret, quodſi ſecus faceret & requiſita ab eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contempneret, tripliciter refunderet & nichilominus banno imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur, ſtatuerat inſuper quod quecunque communitas vel perſona que per annum in excommunicatione propter libertatem eccleſie violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter dicto banno imperiali ſubjaceret, a quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinaverat quod nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione vel civili ad judicium ſeculare trahere preſumeret contra easdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones Imperiales, quodſi ſecus faceret, actor a ſuo jure caderet & judicatum non teneret & judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus, quodque judices temporales qui clericis & perſonis eccleſiaſticis juſticiam denegare preſumerent tercio requiſiti ſuam jurisdictionem ammitterent, conſtitutionem

ip-

ipſam etiam de conſilio fratrum ſuorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium, qui tunc erant, auctoritate Apoſtolica approbans & confirmans ipſam mandavit inviolabiliter obſervari necnon ſtatutarios & ſcriptores ac violatores predictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audienciam dive memorie *Caroli IV.* etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto quod nonnulle ſeculares perſone in poteſtatibus & officiis publicis conſtitute videlicet Duces Comites Marchiones Barones & alii Domini temporales nec non Conſules civitatum villarum Opidorum & locorum Rectores in diverſis provinciis ejusdem Imperii Dei timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipſas perſonas eccleſiaſticas & eccleſiarum libertates ac earum privilegia condiderant illisque de facto publice utebantur contra canonicas & legitimas ſanctiones utpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam transferentur & ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus & maxime in piis cauſis aliquatenus admitterentur quodque excommunicati laici & publice denunciati in civili foro minime repellerentur, & inſuper predicti Domini temporales Conſules & Rectores qui per ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occuparent, arreſtarent & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis, contra-

ctus inter clericos & laicos legitime factos ad libros civitatum villarum & locorum predictorum inscribere & sigillare recusarent, donataque & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras contra Prelatorum voluntatem & aliorum quorum intererit temere usurpare presumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis communibus eorundem clericorum que non causa negotiationum sed pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant seu duci faciebant theolonium exigere & recipere non verebantur & confugientes ad ecclesias & earum cimiteria inde extrahere contra canonicas & Imperiales sanctiones hujusmodi presumpserunt & presumebant idem *Carolus* Imperator tanquam Xpianissimus Princeps volens in premissis providere de remedio salutari etiam de quorumdam Ducum Principum Comitum Baronum fideliumque aliorum sacri imperii sepedicti consilio auctoritate imperiali quecunque statuta & consuetudines predicta, tanquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobate cassavit irritavit & annullavit ac cassa & irrita nulliusque esse roboris vel momenti precipiens sub Imperialis banni penna universis & singulis principibus & Dominis temporalibus consulibus potestatibus & aliis in officiis publicis in eodem Imperio constitutis, quatinus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes sicut in prejudicium ecclesiastice libertatis edita fuerant, omnino revocarent & de luce tollerent, quodque secundum ea non judicarent amplius nec sententias dictarent aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro se & contra eandem ecclesiasticam libertatem

po-

potirentur, pronunciavit insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicunque laicus cujuscunque status aut conditionis existeret ausu sacrilego & proprie temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem aut religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret spoliaret occideret, mutilaret aut in carcere detineret vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel eis favorem prestaret, preter penas a sacris canonibus & legalibns sanctionibus in tales inflictas eo ipso redderetur infamis ac omni honore privatus nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovis modo, hortans insuper in Domino & requirens ecclesiasticos prelatos in illis partibus in quibus committerentur talia constitutos, ut legem Imperialem hujusmodi per eorum ecclesias & synodos publicarent ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte malitiam excusare prout in constitutionibus & sanctionibus Conciliorum & *Honorii* predictorum ac Imperialibus prefatis plenius continetur. Cum autem sicut lamentabili querela dilectorum filiorum Prepositorum Decanorum aliorumque in dignitatibus personatibus administrationibus & Officiis consistencium quorumlibet nec non capitulorum singulorumque canonicorum & personarum Majoris & Collegiatarum Ecclesiarum beneficia quecunque obtinentium ac totius Cleri civitatis & Diocesis Maguntin. nuper accepimus nonnulli principes Duces Comites & Barones ac alie seculares potestates earundem constitutionum & sanctionum Canonicarum & legalium forsan ignari & contra ipsos Prepositos Decanos aliosque in dignitati-

bus personatibus administrationibus & officiis hujusmodi consistentes nec non capitula singularesque personas & Canonicos ac clerum Ecclesiarum civitatis & diocesis predictarum communiter vel divisim forsan tallias & gabellas & alias exactiones illicitas hactenus extorserant & adhuc extorquere nitantur ac etiam bona eorundem Prepositorum Decanorum aliorumque in dignitatibus personatibus administrationibus & officiis hujusmodi consistentium necnon Capitulorum singulorumque Canonicorum & personarum atque cleri communiter vel divisim invaserint arrestaverint detinuerint & suis usibus applicaverint, nec non occupare invadere arrestare detinere & eisdem suis usibus applicare similiter de facto presumant in animarum suarum periculum nec non in eorundem exponencium etiam communiter & divisim non modicum prejudicium atque damnum, Nos in premissis eisdem exponentibus oportune providere volentes discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios sepedictis Prepositis Decanis Capitulis singularibusque Canonicis & personis ac beneficiatis ac in dignitatibus, personatibus administrationibus & officiis consistentibus quibuslibet & Clero communiter vel divisim contra quoscunque transgressores violatoresque constitutionum & sanctionum earundem cujuscunque status dignitatis & excellentie fuerint efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra canonicas & legales constitutiones & sanctiones hujusmodi indebite molestari, nec non easdem constitutiones ubi & quando expedire vi-

videritis solemniter publicantes faciatis transgressores & violatores hujusmodi si & prout justum fuerit ac ubi & quociens expedierit, tamdiu excommunicatos aut anathematizatos publice nunciari donec ab earundem talliarum collectorum impositionum & quarumlibet extorsionum nec non bonorum Prepositorum Decanorum aliorumque in dignitatibus personatibus administrationibus & officiis hujusmodi consistentium nec non capitulorum singulariumque Canonicorum & personarum atque Cleri predictorum invasione arrestatione occupatione detentione & applicatione omnino desistant, nec non ea efficaciter restituant eisdem exponentibus occasione premissorum per eos communiter vel divisim lesis seu gravatis, tallias gabellas & exactiones ipsas ac etiam bona eorundem exponentium arrestata occupata detenta & applicata communiter vel divisim ipsis aut que per se vel alios illo pretextu quomodolibet receperunt ymmo verius temere & illicite usurparunt a se libere omnino relaxent ac in manibus vestris juraverint, quod de cetro talia non committant & ea committentibus non prestent auxilium consilium vel favorem, contradictores per censuram ecclesiasticam & alia juris opportuna remedia compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ceterum si forsan hujusmodi transgressorum aut violatorum vel ea fieri mandantium ipsisque consentientium seu dantium in illis per se vel alium seu alios directe vel indirecte publice vel occulte auxilium consilium vel favorem presentia pro monitionibus & requisitionibus per vos de ipsis facien-

 dis

dis tute ſecure vel commode haberi requiret, Nos vobis monitiones & requiſitiones hujusmodi & citationes quaslibet per edicta publica in locis affigenda publicis de quibus ſit veriſimilis conjectura quod ad notitiam citatorum & monitorum hujusmodi pervenire valeant faciendi, plenam & liberam concedimus tenore preſentium poteſtatem volentes quod monitiones requiſitiones & citationes hujusmodi perinde ipſos citatos requiſitos & monitos ut premittitur arctent ac ſi eis facte & inſinuate preſencialiter & perſonaliter extitiſſent, non obſtantibus tam pie memorie *Bonifacii* PP. *VIII.* etiam predeceſſoris noſtri, quibus cavetur ne aliquis extra ſuam civitatem & diocesin niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine ſue dioceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices extra civitatem & dioceſin in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices ſuas committere ſeu aliquos ultra unam dietam a fine dioceſis eorumdem trahere preſumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſentium non trahatur ac de perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque aut ſi aliquibus communiter vel diviſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Da-

Datum *Constantie* X. Kalend. Aprilis Pontificatus nostri Annno primo.

23. Martij.

Ja. de *Bononia.*

DOCUMENTA ECCLESIAE CATHEDRALIS MINDENSIS. *)

XXIX.

PRIVILEGIUM CONTRA ADVOCATOS ECCLESIAE MINDENSIS.

Universis hoc scriptum inspecturis frater *J.* Ordinis Predicatorum Domini Pape Penitentiarius salutem in Christo. Cum de mandato Vene-

 ra-

*) Chartas Ecclesiae hujus antiquissimae magno numero edidimus *Subsidiorum Diplomaticorum Tom. VI. pag.* 293. - 448. *Tom. X. pag.* 1 - 283. & *Tom. XI. pag,* 1 - 133.

Volupe mihi erat legere in novellis quibusdam litterariis, quod ex hocce nunc thesauro integra Episcopatus Mindensis historia, quam unice intendimus, confici possit.

In animum addidit, ut pro tanta re perficienda e primae raritatis Codice pergameno, quidquid aptum rebar & opportunum, ulterius subministrarem aequo Rerum aestimatori facturus satis.

rabilis Patris O. sancti *Nicolai* in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis Apostolice sedis Legati Mindensem visitaremus Ecclesiam invenimus inter multa correctione digna Venerabilem in Christo Patrem nostrum ejusdem loci Episcopum advocati sui multiplicibus insolenciis & injuriis minime restitisse & ob hoc bona Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum quasi penitus desolata, Nos ergo dictum Episcopum coram Capitulo suo convenientes ut talibus resisteret injuriis & insolentiis ab eo exegimus juramentum, qui nostris obtemperans monitis & mandatis tactis sacrosanctis Ewangeliis juramenti religione firmavit ne deinceps advocatum aliquam annonam in principio messis extorquere paciatur, Captiositates in placitis, que vulgariter vare dicuntur, hospitalitatum importunitates que herberghe vocantur, exactiones in agros curtes domos si desolate fuerint, nullatenus sustinebit, novum genus exaccionis si forsan emergere contigerit, reprimet & deponet, aliis autem insolenciis advocati & injuriis resistet prout poterit & tenetur. Quodsi prefatus Advocatus insolentiam vel injuriam fecerit aliquam de predictis, Decanus assumptis aliquibus de Capitulo illatam injuriam Episcopo denuntiabit petens suppliciter ut hanc faciat revocari vel verius emendari, Episcopus autem si hoc efficere non poterit infra quindecim dies a tempore denuntiationis computandos, ex tunc advocatum cum suis officiatis excommunicatum publice denuntiabit & ab omnibus faciet evitari donec satisfaciat Ecclesie vel Ecclesiastice persone, cui injurias irrogavit, quod Episcopus

pus tactis sacrosanctis Ewangeliis sacramento corporaliter prestito se facturum & servaturum in facie capituli repromisit. Acta sunt hec Anno Gratie MCCXXX. II. Idus Decembris.

12. Dec.

XXX.

SUPER BONIS EPISCOPALIBUS QUE COMES DE HOYA SIBI USURPAVIT.

In nomine Domini Amen. Nos *Volquinus* Dei gratia Episcopus Mindensis & *Otto de Brunswick* & de *Luneburgh* Dux ad prestandum inter Nos hinc inde mutuum consilium auxilium contra nobis adversantes societatem confederationem & pactum inter nos fidei datione & juramento firmata fecimus in hunc modum. Cum nobilis vir *Gherardus* Comes de *Hoya* Castrum *Staygewergh* fundare & edificare vellet in prejudicium Ecclesie Mindensis Nosque *Volquinus* Episcopus Mindensis predictus ob defensionem nostram & Ecclesie Mindensis oppidum *Nyenburgh* adjuvante Domino manu ceperimus militari medietatem oppidi predicti per nos sic capti Illustri Principi Domino *Ottoni* supradicto jure contulimus feodali tali conditione ut idem Dux nobis & Ecclesie Mindensi assistat contra comitem de *Hoya* & suos adjutores quoscunque in perpetuum nullam personam excipiendo cujuscunque condicionis & status existat, nec aliquam compositionem Dux ineat sine nobis, nec

Nos sine Duce nec unquam Dux Comitem de *Hoya* vel suos heredes in suam familiaritatem recipiat contra Ecclesiam Mindensem nunc & semper & ammodo in eternum, nec Nos idem e converso faciemus, cum medietate autem oppidi medietatem molendini & aliorum bonorum comitis intra & circa *Nienburgh* cum omni jure & utilitate simili modo sibi jure feodali contulimus exceptis bonis sitis ultra fluvium *Warmenouw* & supra versus *Mindam* & bonis sitis in *Sullede* & *Wynthem* que nobis retinuimus ne ex tali permixtione inter Nos & Ecclesiam Mindensem & Ducem & suos heredes imposterum discordia suscitetur, in *Bruchtorpe* etiam Nos vel nostri successores municionem faciemus sine contradictione Ducis quandocunque nunc & semper nobis vel nostris successoribus videbitur expedire. In bonis etiam Ecclesiarum in *Nienburgh* citra & circa idem Dux vel sui heredes nunc & imposterum nihil sibi juris poterunt vendicare, si vero bellum ingruerit contra comitem & suos adjutores & Dominus victoriam dederit spolium & captivi secundum proportionem pugnantium dividentur, nec in numero paucarum personarum decem videlicet vel duodecim personarum in divisione spolii & captivorum sit vis aliqua facienda & si munitionem aliquam contra ipsum comitem & suos adjutores iterum adjuvante Domino ceperimus, eadem munitio inter Nos sicut ipsum *Nyenburgh* equaliter dividatur, si autem, quod Deus avertat, inter Nos contingat discordiam suboriri, nullus nostrum alteri de eodem oppido inferat nocumenta, sed oppidum tenebunt inter se quousque

ea-

eadem discordia sopiatur. Nos quoque *Otto* Dux sepedictus una cum Domino nostro Episcopo *Volquino* predicto fidem dedimus & juravimus nos omnia predicta nunc & semper & in perpetuum servaturos. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum & Actum *Wunstorpe* in Ecclesia forensi feria quarta post Dominicam *Reminiscere* Anno Millesimo ducentesimo nonagesimo tercio. *) 25. Febr.

*) Ex hoc *Volquini* Episcopi documento Nobis ultimo corrigendi sunt illi Episcoporum catalogi, qui eundem referunt jam an. 1282. mortuum.

Monendum hic insuper, quod *indices subsidiorum Dipl. Topographicus & onamasticus &c.* sedulo conferendi sint.

XXXI.

SUPER DECIMA IN *BROKE*.

C*onradus* Dei gratia Mindensis Ecclesie Electus & Confirmatus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Noveritis quod urgente nos onere debitorum contractorum in necessitate Ecclesie nostre videlicet pro redemtione Captivorum & liberatione fidejussorum nostrorum Canonicorum Mindensium, Curtam *) nostram in vorewerch-

de-

*) Cortis, curtis, curta significat atrium rusticum stabulis & aliis aedificiis circumdatum. Scriptoribus inferioris aevi, est villa, habitatio rustica aedificiis, colonis, agris, servis &c. ad rem agrestem necessariis instructa, alias Colonia dicta.

decimam in *Brocke* & medietatem decime in *Mechtelage* cum omnibus juribus servitutibus & pertinentiis suis *Johanni* de *Hemmincbern Simoni* filio fratris ejusdem *Johannis* civibus Mindensibus eorumque amborum justorum heredibus de consensu Capituli nostri obligamus titulo pignoris pro sexaginta duabus marcis Bremensis argenti donec predicte curia & decime redimantur ab ipsis pro eadem pecunie quantitate. In cujus rei testimonium nostrum & predicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum feria sexta post Dominicam *Circumdederunt* Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

19. Februar.

XXXII.

SUPER DECIMIS IN *ELFFERINGHUSEN* ET *BERGE.*

Venerabilibus Dominis suis Episcopo Mindensi Preposito Decano totique ibidem Capitulo *Conradus* nobilis de *Arnem* paratissimam ad omnia voluntatem. Reverendam honestatem vestram scire desidero, quod decimam in *Elfferinchosen* & *Berge* juxta *Peremunt* quam a vobis in pheodo habui, nobili viro *Conrado* de *Peremunt* cum omnibus suis pertinentiis vendidi unde ipsum feodum in manus vestras ut dicto nobili viro *Conrado* dictam decimam in feodo conferatis de voluntate & consensu patris mei resigno per presentes.

Da-

Datum Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto *) feria sexta ante diem beati *Bonifacii* proxima. 3. Junij.

*) Hoc anno IV. cal. Junij in die sanctorum *Marcellini* & *Petri* Martyrum *Conradus II.* XXXVI. Episcopus Mindensis obiit.

XXXIII.

SUPER TRANSLATIONE COLLEGII IN *LUBBEKE* ETC.

L*udolphus* *) Dei gratia Mindensis Ecclesie Electus Confirmatus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino: Noveritis quod constitutis coram nobis dilectis in Christo *Henrico* Decano & Canonicis quondam *nove civitatis* ex parte una & *Herbordo* de *Mandeslo* milite ex parte altera iidem Canonici cum essent translati de *nova civitate* ad oppidum *Lutbeke* bona sua scilicet curiam in *Boyssen* cum omnibus suis pertinentiis jure patronatus ecclesie duntaxat excepto curiam in *Antiquo Alden* cum omnibus suis pertinentiis, decimam in nelinge Worstell ultra rivum versus *Walesrode* & decimam in *Erle* tam majorem quam minutam decimam in *Bordeslo* & *Franckenevelde* similiter majorem & minutam vendiderunt eidem militi uxori sue & suis justis heredibus pro ducentis marcis & quinquaginta Bremensis argenti ut ipsi bona utiliora cum tali pecunia sita apud *Lutbeke* sibi & sue

Ec-

*) Vocatur etiam alibi *Rudolphus* de *Rostorpe*.

Ecclesie compararent, & nos resignatione bonorum venditorum recepta ab ipsis Canonicis, quam proprietatem sepedicti Canonici in Nos & nostram ecclesiam dono & liberaliter contulerunt dictum militem in pheodum de bonis superius nominatis. In cujus rei testimonium hoc Scriptum nostro Capituli nostri & Capituli quondam nove civitatis sigillis fecimus communiri. Datum Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, feria quinta proxima post festum *Remigij*.

6. Oct.

XXXIV.

SUPER QUADAM HABITATIONE IN CIVITATE *MYNDEN*.

G*eroldus* Decanus & Capitulum ecclesie Mindensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino, Noveritis quod constitutis in nostra presentia *Johanne* de *Dungherden* milite ex una parte *Rychardo Jacobo* fratribus dictis *Block* & *Lutburgi* matre ipsorum *Bloc* ex altera idem miles eisdem fratribus & matri ipsorum vendidit domum unam cum orto & pomerio adjacentibus sitis prope Domum ipsius militis in Civitate Mindensi pro sedecim marcis Bremensis Argenti, qua vendicione in nostra presentia celebrata & resignatione ab ipso milite in manus nostras facta cum proprietas ad nostrum capitulum pertineret sepedicti fratres & mater ipsorum eandem domum cum orto & pome-

merio adjacentibus pro ſalute animarum ſuarum noſtro Capitulo contulerunt tali conditione ut in ipſis quamdiu vixerint habeant uſufructum & una perſonarum illarum decedente in anniverſario illius de eisdem domo orto & pomerio octo ſolidi annuatim ſolvantur. ſecunda vero perſona decedente iterum octo ſolidi in anniverſario ipſius annuatim ſolvantur. Tertia vero & reſidua perſona decedente tota domus cum orto pomerio & cum tota ſua utilitate ad noſtrum capitulum libere revertantur, & tunc cenſus ſepedictorum domus orti & pomerii equaliter in anniverſario trium perſonarum predictarum dividatur tam inter Canonicos quam vicarios qui in miſſarum ſolempniis ſint preſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum majus preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini Milleſimo duceteſimo nonageſimo ſexto, in die ſanctorum *Tiburtii* & *Valeriani*. 14. Apr.

XXXV.

SUPER QUADAM DOMO IN *HALEN*.

Nos *Ludolfus* Dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit notum eſſe volumus & conſtare quod de unanimi conſenſu & bona Capituli noſtri voluntate contulimus & dedimus dilectis in Chriſto *Tetbardo* de *Ratbere* concanonico noſtro & *Godefrido* dicto *Logme* Capellano noſtro proprietatem unius domus in *Hallen* & proprietatem

tem decime duorum manſorum ibidem que ipſi ab *Henrico* dicto de *Wethelen* filie Domine *Albardis* pro viginti duabus marcis comparaverunt titulo emptionis. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtrum videlicet & Capituli preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo ſexto quarta feria ante *Viti.*

13. Junij.

XXXVI.

SUPER DUOBUS MANSIS JUXTA *MANTESLO.*

L*udolphus* Dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus hoc ſcriptum viſuris notum facimus quod Nos duos manſos qui vulgariter hove *) vocantur ſitos in campo juxta *Merteslo* qui olim pertinuerant ad Villicationem Wygravii, qui manſi venditi fuerunt *Florentio* de *Dungherden* militi & *Thiderico* filio ſuo eorumque juſtis heredibus de conſenſu Capituli noſtri pro quadraginta marcis Bremenſis argenti reemimus pro ſupradicta pecunia & *Dethardo* de *Slon* militi ſuisque legitimis heredibus pro memorata ſumma pro qua reemimus de conſenſu Capituli noſtri vendidimus ac ipſum infeodavimus de eisdem cum tali tamen conditione quod nos vel noſtri ſucceſſores vel Capitulum Mindenſe prefatos manſos reemere poterimus infra duodecim annos continue occurrentes pro eadem pe-

*) Ein hube, hufen landes, i. e. XXX. morgen.

pecunie quantitate. In cujus rei testimonium nostrum & Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum *Minde* in die commemorationis S. *Pauli* Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo sexto. 30. Junij.

XXXVII.

SUPER CERTIS BONIS UT IN LITTERIS.

L*udolphus* Dei gratia Episcopus & capitulum Ecclesie Mindensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Universis presentia audituris manifestum esse cupimus, quod nos cum consensu capituli nostri *Lippoldo* militi longiori *Elizabeth* uxori ejus & *Ludolpho* fratribus dictis de *Mandeslo* eorumque justis heredibus curiam in *Bunt*, mansum unum in *Ondingehuss* & mansum in *Henne* cum omnibus in predicta curia & mansis morantibus pro centum marcis Bremensis argenti & viginti talentis Mindensium denariorum vendidimus ac jure porrigimus pheodali sub hac forma, si Domina *Luthgardis* uxor *Ludolphi* de *Mandeslo* abierit viginti talenta cadent de pecunia supradicta, nos etiam vel nostri successores eadem bona quolibet anno redimere possumus ante fruges, ut autem factum nostrum ipsis fratribus infringi non possit, presentem litteram sigillo nostro & capituli nostri jussimus communiri.

Datum *Minde* Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo sexto feria quarta ante festum *Thome* Apostoli. 19. Dec.

XXXVIII.

SUPER MINISTERIALIBUS.

Albertus *Varentrap* Decretorum Doctor Canonicus Leodiensis Officialis curie Coloniensis Commissarius ad infra scripta a Rmō in Christo Patre & Domino nostro Domino *Theoderico* Dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopo sacri Imperii per Italiam cancellario Apostolice sedis Legato specialiter deputatus universis & singulis Ecclesiarum parochialium Capellarum & altarium Rectoribus & ceteris aliis presbiteris curatis & non curatis clericis notariis & tabellionibus publicis quibuscunque per Provinciam Coloniensem & presertim per civitatem & diocesin Mindensem ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam, Nuper sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus *Martinus* Divina providentia Papa Quintus Reverendissimum Patrem Dominum *Theodericum* Archiepiscopum Coloniensem in suis civitate diocesi & tota provincia Apostolice sedis Legatum quamdiu dicte Ecclesie sue prefuerit auctoritate Apostolica constituit creavit & deputavit volens & prefato Domino nostro auctoritate predicta concedens, quod idem Reverendissimus Dominus noster Archiepiscopus Colonien-

-nienſis antedicto tempore per perſonas predicta-rum civitatis Dioceſis ac Provincie per ſimplicem querelam adiri & omnimodam jurisdictionem quam Legati nati in eorum provinciis de jure poſſunt, poterit valeat & debeat exercere prout hec in litteris Apoſtolicis deſuper confectis continentur, quarum totalis tenor ſequitur in hec verba: *Martinus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri *Theoderico* Archiepiſcopo Colonienſi Apoſtolice ſedis Legato ſalutem & Apoſtolicam benedictionem ſublimis eminentia dignitatis qua in Dei Eccleſia preclarere dinoſceris, grandia quoque virtutum dona quibus illarum largitor Dominus perſonam tuam multipliciter inſignivit, promerentur ut te ſedes Apoſtolica illo preveniat beneficio gratie ſpecialis, per quod pocioris fultus auctoritatis preſidio circa eccleſias & gregem Dominicum tuarum civitatis Dioceſis ac provincie Colonienſis peramplius & ſalubrius ſpiritualibus convaleſcere profectibus & temporalibus fructificare valeas incrementis, hinc eſt quod nos eandem perſonam tuam quam ſingularibus comperimur affectibus precipuo favore proſequi intendentes, tuis etiam in hac parte ſuplicationibus inclinati, Colonienſi Eccleſie, quamdiu illi prefueris, legati officium auctoritate Apoſtolica tenore preſencium annectimus, Teque in civitate Dioceſi & provincia predictis cum preeminentiis privilegiis & honoribus debitis interim Legatum natum eadem auctoritate creamus, facimus conſtituimus & etiam deputamus. Tibique hujusmodi officium inibi committimus, nec non omnia & ſingula que ad il-

 lud

lud quomodolibet ſpectare poterunt per civitatem dioceſin & provinciam predictam gerendi exercendi faciendi ſtatuendi ordinandi & exequendi plenam & liberam auctoritate & creatione predictis concedimus facultatem, mandantes univerſis & ſingulis Epiſcopis Abbatibus aliisque Prelatis & Eccleſiaſticis perſonis civitatis dioceſis & provincie predictarum, ut tibi dicto durante Officio in premiſſis omnibus & ſingulis efficaciter pareant pariter & intendant, ita quodſi Legatum ad partes illas a territorio deſtinari contigerit ab hujusmodi executione officii, quamdiu Legatus ipſe inibi fuerit per Apoſtolice ſedis reverentiam omnino conquieſcas non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Sic igitur hujusmodi officium juxta illam quam de tua gerimus circumſpectione fiduciam ſtudeas laudabiliter exercere, volens circa illud in omnibus prudentiam diligentiamque ad redempcionis gloriam habiturus, quod ſicut dignitatis officio creviſſe dinoſceris, ſic meritis pie vite & clare fame titulis proficere comproberis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre creacionis, conſtitutionis, deputationis, conceſſionis & commiſſionis infringere vel ei auſu temerario contra ire, ſi quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* nona Kalenda Novembris Pontificatus noſtri Anno tercio.

Ha-

Harum itaque litterarum Apostolicarum vigore pro parte venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli ecclesie Majoris Mindensis nobis expositum extitit, quod dudum inter ipsos Dominos Decanum & Capitulum Ecclesie Mindensis exponentes ex una & Venerabiles Dominos Decanum & Capitulum Ecclesie sancti *Martini* Mindensis ex alia partibus de & super nonnullis juribus parochialibus & eorum occasione materia & causa questionis orta fuit & intentata, quam quidem controversiam bone memorie quondam *Volquinus* pro tunc Electus Confirmatus Mindensis suorum subditorum pacem & unitatem ut pastor bonus desiderans per suam sententiam arbitralem ex submissione hinc inde partium earumdem de juris peritorum consilio decidit diffinivit ac finem imposuit prout in quodam publico transsumpti instrumento super hujusmodi originali sententia ut videbatur & legebatur, facto, coram nobis ostenso hujusmodi sentenciam de verbo ad verbum in se continentem, vidimus latius contineri, cujus quidem sentencie tenor sequitur & est talis: *Volquinus* Dei gratia Electus confirmatus Ecclesie Mindensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salutari. Ea que pastoralis solicitudo de subjectis sibi Ecclesiis statuit ordinat vel disponit presertim cum de voluntate & consensu ipsarum Ecclesiarum statuuntur & salubriter ordinantur, ut a posteris inviolabiliter observentur, expedit scripturarum apicibus eternari sane orta inter decanum & Capitulum Majoris ex una & Decanum & Capitulum S. *Martini* Ecclesiarum Mindensium pro parte altera

 de

de Ministerialibus ecclesie Mindensis qui infra muros Mindenses in parochia predicte ecclesie sancti *Martini* commorantur materia questionis super eo videlicet, quod licet predicti ministeriales in parochia predicta commorantur, penitenciam tamen & quedam alia sacramenta ab ipsa majori Ecclesia receperant & se apud illam obtinebant etiam sepeliri, cumque super hiis inter easdem ecclesias esset aliquamdiu decertatum demum super premissis se nostro arbitrio subdiderunt, nos igitur habita deliberatione & invocato consilio peritorum & consensu utriusque partis de parochia predicta sancti *Martini* sic duximus ordinandum, quod dicta Ecclesia S. *Martini* predictam parochiam & limites parochie infra muros & extra muros civitatis Mindens. quam & quas habuit a tempore cujus memoria non existit, de hiis vero que sunt in parochia sic statuimus observandum, quod clerici majori Ecclesie predicte adherentes in dicta civitate existentes seu a foris venientes ibidem consequantur hujusmodi sacramenta & etiam sepulturam, clerici vero adherentes Ecclesie sancti *Martini* ab ipsa ecclesia sancti *Martini* percipiant hujusmodi sacramenta & sepeliantur etiam apud ipsam, sed eligere poterunt sepulturam apud Majorem Ecclesiam, salva ipsi Ecclesie sancti *Martini* canonica portione illa videlicet de qua dicitur de sepulturis capiti relatum, alii autem omnes homines utriusque sexus cujuscumque condicionis existant, qui in parochia predicte Ecclesie sancti *Martini* sunt vel in eam a foris veniunt, in baptismo & in aliis sacramentis percipiendis & in omni jure parochiali predicte san-

ſancti *Martini* Eccleſie ſint ſubjecti, ſed tantummodo miniſteriales Eccleſie Mindenſis qui infra muros civitatis Mindenſis ſeu in foſſato *Bellerſen* ſint in villa *Baſtorpe* in ipſa parochia ſancti *Martini* habeant apud majorem Eccleſiam predictam confeſſionem faciant penitentium, Eukariſtie ſacramentum & inunxionem extremam ab ipſa percipiant & apud eam obtineant ſepulturam, perageturque in dicta majori Eccleſia cum oblationibus debitis certis & conſuetis temporibus memoria miniſterialium ibidem ſepultorum, de pueris vero miniſterialibus majoris Eccleſie Mindenſis octo annorum & infra ſepeliendis in ſuorum ſit arbitrio parentum an ipſos velint apud majorem an apud ipſam ſancti *Martini* Eccleſiam ſepelire. Preterea virgines miniſteriales dicte Eccleſie Mindenſis ſive alterius condicionis nubentes nequaquam apud ipſam majorem Eccleſiam ut ſponſe ſolent benedicantur, nec miſſa in dicta majori Eccleſia pro ipſis nubentibus decantetur, ne quaquam etiam ibi fiet purificatio ſeu inductio quas mulieres miniſteriales & alterius conditionis in ingreſſu Eccleſie obſervant & poſt nuptias & poſt partum, que apud ipſam Eccleſiam S. *Martini* fient, nec in majori nec alibi fieri permittantur, ut autem hec impoſterum inviolabiliter obſerventur, noſtro & Eccleſie ſancti *Martini* Mindenſis ſigillis preſens ſcriptum duximus roborandum. Datum feria tertia poſt Dominicam *Palmarum* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Poſtſcriptam ſiquidem arbitralem ſententiam dictus bone memorie idem *Volquinus* Epiſcopus

Mindensis sub quadam forma alia per suas litteras de post ampliavit & innovavit ac alias inviolabiliter observari mandavit hujusmodi sub tenore:

Volquinus Dei gratia Mindensis Ecclesie Episcopus dilectis in Christo Canonicis sancti *Martini* ac aliis Ecclesiarum Rectoribus civitatis Mindensis quibus presens scriptum exhibitum fuerit salutem in Domino. Recenti adhuc retinemus memoria, qualiter post controversiam & questiones varias inter majorem & alias civitatis Mindensis Ecclesias ventilatas super jure parochiali compositio & ordinatio intervenit, volentes igitur eandem compositionem sicut decet inviolabiliter observari & maculam scandali prescindi prohibemus firmiter & districte sub pena excommunicationis late in hiis scriptis sententie in illum qui contra prohibitionem nostram venire presumpserit, ne quis pacis rumpat federa & compositionem contaminet antedictam; si quis vero temerarius zizaniam super seminaverit questionem mortuam suscitando & se precipitare in jam latam sententiam non timuerit, taliter punietur, quod alii exemplo illius perterriti discant a similibus abstinere. Datum in vigilia *Annuntiationis* beate Virginis Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono. Redhibete litteras &c. Post cujus quidem sententie arbitralis & innovationis exhibitionem & receptionem nobis factam sumus debita cum instantia requisiti, quatenus premissam sententiam arbitralem & ejus contenta ac omnia & singula exinde subsecuta tam Metropolitica quam Legationis apostolice auctoritatibus auctorizare approbare & con-

fir-

firmare ac alias executioni debite demandare dignaremur. Nos itaque *Albertus* officialis judex & Commiſſarius prefatus examinatis aliquantulum per nos ſententia ac aliis preſcriptis tandem auctoritatibus quibus ſupra pronuntiavimus decrevimus & declaravimus preſcriptam ſententiam arbitralem & ejus innovationem ſive extenſionem ac omnia inde ſecuta in quantum de jure valeant viribus ſubſiſtere debere eamque & ejus contenta ac alia ſubſecuta hujusmodi eisdem auctoritatibus approbamus confirmamus ratificamus & auctorizamus decretumque noſtrum & auctoritatem noſtram Metropoliticam pariter & apoſtolicam in vim preſcriptarum litterarum apoſtolicarum interponentes. Quocirca vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſancte obediencie & ſub excommunicacionis pena trina & canonica monicione premiſſa diſtricte precipiendo mandamus, quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum & accedere fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, moneatis auctoritate noſtra ymo verius apoſtolica publice de ambone eccleſiarum veſtrarum populo ad divina congregato omnes & ſingulos miniſteriales dicte eccleſie Mindenſis, quorum nomina ſciveritis & quos lator preſentium pro parte dictorum dominorum Decani & capituli eccleſie Mindenſis vobis duxerit verbo vel in ſcriptis nominandos in ſpecie, reliquos vero in genere cujuscunque condicionis vel ſtatus exiſtent in veſtris parochiis habitantes, quatenus ſub penis & cenſuris infra ſcriptis memorate ſententie arbitrali & aliis ſubſecutis in omnibus

 ſuis

ſuis clauſulis ac per omnia uti prefertur juxta ejus vim formam & tenorem pareant & intendant realiter & cum effectu, inhibentes etiam univerſis & ſingulis presbiteris curatis & non curatis ceteriſque Divinorum Rectoribus civitatis & dioceſis Mindenſis ſub ſuſpenſionis & excommunicationis penis trina & canonica monitione previa ne quoquo modo verbo vel facto publice vel occulte per ſe vel alium ſeu alios impediant quo minus dicti miniſteriales predicte ſententie arbitrali pareant & obediant, alioquin ſi eccleſiaſtice perſone fuerint & hujusmodi noſtre inhibitioni contra venerint, ipſos triginta dierum canonica monitione previa, quorum decem pro primo decem pro ſecundo & reliquos decem dies pro tercio & peremptorio termino ac monitione canonica ipſis prefigimus & aſſignamus ab ingreſſu eccleſie & a divinis ſuſpendimus, quam ſuſpenſionem ſi per tres dies ex tunc immediate ſequentes animo quod abſit ſuſtinuerint indurato, & hujusmodi inhibitioni noſtre minime obedire curaverint, ipſos una cum miniſterialibus premiſſorum occaſione in vim preſcripte noſtre monicionis monitis & requiſitis contrarium facientibus eodem triginta dierum termino effluxo in hiis ſcriptis excommunicamus ſuſpenſos & excommunicatos publice nuntietis atque teneatis, niſi medio tempore cauſam eorum nobis allegaverint rationabilem, quare ad premiſſa minime teneantur, parte altera ad hoc legitime vocata, diem ſiquidem ac modum & formam executionis preſentium una cum nominibus & cognominibus monitorum, & quicquid in

pre-

premissis feceritis nobis liquide rescribatis. Datum anno Domini Millesimo quadringentesimo trecesimo, die sabati octava mensis Aprilis presentibus ibidem discretis viris *Hermanno Knyck Johanne Kallenbart* & *Henrico Terschuren* procuratoribus in dicta Coloniensi curia juratis fidedignis testibus ad premissa. . . .

XXXIX.

DONATIO ILLORUM DE *LANDESBERGE*.

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Thetmarus* Dei gratia Mindensis Episcopus notum esse cupimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus qualiter *Heinricus* de *Landesbergh* Canonicus ecclesie nostre & frater suus *Everhardus* laycus nobiles beatum *Petrum* & sanctum *Gorgonium* sibi patronos conciliantes quicquid hereditatis in Episcopatu Mindensi habuerunt cum omni utilitate ecclesie nostre delegaverunt, deinde vero patrueles ipsorum *Otto* Custos ecclesie nostre cum *Annone* fratre suo layco nobili quicquid & ipsi in Episcopatu jam dicto hereditatis possederunt consensu predictorum patruelium *H.* & *E.* ecclesie contulerunt, Nos autem consilio familiarium nostrorum eadem predia cum aliis prediis que ante a nobis in feodo habuerunt predictis tam clericis quam laicis concessimus ea conditione ut singulis annis in festo beati *Martini* sex talenta eis daremus donec

nec beneficio vacante unde ipsam summam perciperent, infeodarentur & si quis successorum nostrorum hec prelibata infringeret potestatem haberent sua resumendi. Si vero unus aut plures obirent, quicunque ex hiis quatuor esset residuus eadem bona teneret, heredibus autem deficientibus ecclesia omnia libere possideret, & ut hec donatio & nostra ordinatio rata & inconvulsa permaneat banni nostri obligatione firmavimus scriptis insignivimus sigilli nostri impressione munivimus, idoneos testes advocavimus, quorum hec sunt nomina: *Wernherus* major Prepositus *Lesbardus* Decanus *Reinhardus* presbiter *Conradus* Dyaconus *Hermannus* presbyter *Luidolphus* Diaconus *Hildeboldus* Diaconus *Raffhardus* Subdiaconus *Rainhardus* presbyter *Godefrithus* presbiter *Thidericus* Subdiaconus *Thidericus* Decanus sancti *Martini* nobiles ecclesie *Wydekindus* advocatus *Hermannus* de *Arnheym* *Rombertus* de *Slon* & frater ejus *Luidgingerus* *Kolcuinus* de *Redesse* *Thidericus de se* Ministeriales *Thethardus* Wichgravius *Luidolphus* Dapifer *Arnoldus* Camerarius *Heinricus Pincerna* frater ejus *Luidolphus* *Volkmarus de Herse* *Harbertus de Mandesle* *Ernestus* *Heinricus* *Conradus de Lutbike* *Engelbertus* & *Albertus* fratres *Thethardus* *Wulframmus* *Meinhardus de Stromberge* *Heinricus de Borsile* & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Incarnationis Domini Millesimo Centesimo nonagesimo sexto.

XL.

XL.

SUPER CURIA IN *MERSCH*.

Frater *Otto* divina permiſſione Mindenſis Epiſcopus omnibus preſentem litteram inſpecturis ſalutem in Domino, notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris quod nos curtem in *Merſch* ad menſam noſtram epiſcopalem ſpectantem redimendi a laycis qui eam illicite multo tempore detinuerant honorabilibus viris decano & capitulo noſtro majoris eccleſie plenam & liberam conceſſimus facultatem ipſis & eccleſie prefate dictam curtem cum omnibus pertinentiis ſuis liberaliter conferimus quousque nos vel noſtri ſucceſſores pro ſexaginta marcis & una reemere valeamus nichilominus ſtatuentes quod annua penſio de predicta curte veniens ad uſus pauperum ſcholarium reſervetur maxime quantum eos contingit de predicta penſione cum non niſi quadraginta marce de ſexaginta marcis ſuperius memoratis ad eosdem pertineant, quas pie memorie *Conradus* Prepoſitus ſancti *Martini* pro anime ſue remedio in ſubſidium pauperum ſcholarium inſpirante Domino ſtuduit elargiri. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum *Minde* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, in die *Gorgonii* Martiris.

9. Sept.

XLI.

SUPER BONIS IN *LOUWENHAGEN*.

Ego *Henricus de Monichusen* tenore presencium recognosco quod michi & meis heredibus de bonis in *Louwenhagen* que michi & meis heredibus fuerunt titulo pignoris obligata, est ab ecclesia Mindensi plenarie satisfactum per bona in *Stemwede* que michi & meis heredibus simili modo pro memoratis bonis obligata noscuntur, litteram autem obligationis datam Patri meo bone memorie michi & meis heredibus super sepedictis bonis in *Lewenhagen* perdidi per monachos Luccenses quibus eedem littere ad conservandum date fuerunt, unde omni actioni & juri & etiam dolo malo renuntio super memoratis bonis & etiam litteris obligationis si poterunt in postmodum reperiri. In cujus rei testimonium patentes meas litteras cum appensione sigilli mei tradidi Mindensi ecclesie supradicte. Datum feria tertia post Ascensionem Domini Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

28. Maji.

XLII.

SUPER PROVENTIBUS IN *LUTBEK.*

Nos *Ludolphus* Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus recognoscimus & presentibus protestamur, quod de consensu Capituli nostri militibus armigeris consulibus & universis incolis opidi nostri *Lubicensis* omnes proventus nostros quos ibidem habemus infra septa opidi molendino & judicio nostro dumtaxat exceptis pro nonaginta marcis Bremensis argenti & triginta marcis Hervordensium denariorum titulo pignoris obligavimus ea condicione nichilominus interjecta, quod omnes redditus qui exinde proveniunt, computabunt in sortem & tamdiu percipient quousque totalis summa predicta penitus sit soluta, preterea ut predictum nostrum & ecclesie nostre opidum fortius muniatur, predictos proventus ipsis percipiendos assignamus tamdiu donec predictum opidum muro sit firmiter munitum & ipsi singulis arcis in ipso opido sitis gravem solidum ad muri structuram addere tenebuntur, sicut temporibus Episcopi *Volquini* predecessoris nostri bone memorie facere consueverunt, muro autem completo proventus nostri sepedicti ad nos sive successores nostros libere revertentur. In cujus rei testimonium presens scriptum inde confectum nostro & capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum *Minde* Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo octavo pridie Kal. Septembris. 31. Aug.

XLIII.

XLIII.

SUPER PROPRIETATE DUARUM CURTIUM IN *PETESSEN* PERTINENTIUM EPISCOPO.

Omnibus hoc ſcriptum viſuris *Adolphus* Comes de *Schawenborch* ſalutem in domino. Noveritis quod nos proprietatem duarum curtium ſive villicationum ſitarum in *Peteſſen* quas a nobili viro *Ludolpho* & ſuis heredibus dictis de *Arnem* comparavimus venerabili Patri *Ludolpho* Epiſcopo & eccleſie ſue Mindenſi cum omnibus ſuis juribus & attinentiis agris cultis & incultis, pratis ſilvis paſcuis aquis viis & inviis & ſervitutibus quibuscumque permutavimus pro quinque marcis ac eorum proprietatibus ſitis in villa *Coldyngen* parochie *Pattenbuſen Helene* uxoris noſtre & *Adolphi* filii noſtri & aliorum noſtrorum heredum legitimo accedente conſenſu. In cujus rei teſtimonium noſtrum & *Helene* uxoris noſtre ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Teſtes hujus rei ſunt *Gyſo* Archidyaconus in *Alden Wedekynnus* Prepoſitus Hamelenſis *Juſtacius & Thethardus* fratres de *Slon Adolphus de Holte Johannes de Bardeleve Conradus de Wonningenhuſs & Hermannus Uncus* milites. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo. In die *Clementis*. 23. Nov.

XLIV.

XLIV.

SUPER EISDEM BONIS.

Omnibus hoc ſcriptum viſuris *Adolphus* Comes de *Schouwenborch* ſalutem in Domino. Noveritis quod nos fide data promiſimus venerabili Patri *Ludolpho* Epiſcopo Mindenſi ad ſuas & ipſius eccleſie Mindenſis manus, quod procurabimus bona fide quod heres noſter *Adolphus* & alii noſtri heredes legitimi conſenſerunt permutationi quam fecimus ipſi eccleſie Mindenſi de proprietate villicationis noſtrarum in *Petteſſen* pro quinque manſis in villa *Coldinghen* cum idem *Adolphus* heres noſter ad annos diſcretionis veniens poterit conſentire. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt *Gyſo* Archidyaconus in *Alden Wedekinnus* Prepoſitus Hamelenſis *Juſtatius* & *Thetardus* fratres *de Slon*, *Adolphus de Holde Johannes de Bardeleve*, *Conradus de Wunningehuſs* & *Hermannus Uncus* milites. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo in die *Clementis*.

23. Nov.

XLV.

SUPER UNO MANSO IN *BOTENEBERGE* PAROCHIE *LO*.

Henricus Dei gratia Abbas Monasterii sancte *Marie* ordinis Premonstratensis Bremensis Diocesis omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Noveritis quod nos proprietatem unius mansi siti in *Boteneberge* parochie *Lon* Mindensis Diocesis quem mansum quondam a *Herwico* dicto *Lodben* milite nostrum monasterium acquisivit, damus in permutationem ecclesie Mindensi pro proprietate molendini in *Eckenberge* siti juxta novum castrum pensantes talem permutationem tam nostro monasterio quam ipsi ecclesie utiliter profuturum, hec quippe permutatio de consensu conventus nostri facta est & in signum hujus nostrum & ipsius conventus sigilla presentibus sunt appensa. Datum in Monte sancte *Marie* feria quarta post Dominicam *Ad te levavi* Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

3. Dec.

XLVI.

SENTENTIA QUOD FIDE JUSSORES PRIORUM DEBITORUM PER SECUNDAM CONVENTIONEM ABSOLVUNTUR.

Nos *Johannes* & *Albertus* Dei gratia Saxione Angarie & Westfalie Duces recognoscimus per presentes, quod cum quidam nobilis terre Westfale milites & famuli super discussione cujusdam sententie hesitarent, transmissus ad nos Dominus *Johannes* clericus plebanus in *Bocholte* discussionem & inventionem ejusdem sententie postulavit. Erat autem per ipsum plebanum propositum coram nobis quod quidam homo rationem debitorum ad terminum prefixum sibi servi sui creditoris requisitum quandam civitatem intrare deberet non exiturus quin dicta debita creditori essent integre persoluta, super premissa constituens fide jussores, termino autem persolvendi debita completo dictus debitor civitatem intrando quod promiserat adimplevit, qui cum tam longo tempore in dicta civitate moraretur, quod tam ipse debitor quam etiam suus creditor tedio afficerentur quedam commutatio & conventio inter ipsos de novo facta est videlicet ista quod illam summam quam uno termino solvere debuisset dictus debitor in quatuor annipartibus persolveret de licentia credito ris,

ris, quesitum igitur fuit a predicto clerico utrum fidejussores priorum debitorum per hanc secundam conventionem seu commutationem absolvi debeant a promisso, discretorum denique virorum super hiis usi consilio maturo sententialiter diffinivimus quod si prefatus creditor fassus fuerit se a suo debitore denuo certificatum & predicta commutacio habitam inter ipsos & fidei recepisse secundario cautionem ex tunc priores fidejussores a promisso liberos diffinimus, si autem creditor hanc conventionem factam & se certificatum denuo negaverit & juramenti sui firmitate obtinuerit dicti fidejussores a promisso liberi seu soluti nullatenus dimittentur. In cujus rei testimonium presens scriptum nostri sigilli robore communimus. Datum anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo nono in sabbato ante Dominicam *Reminiscere*.

XLVII.

SUPER BONIS IN *VORNHAGEN* ETC.

Ludolphus Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Noveritis quod urgente nos onere debitorum pro necessitate ecclesie nostre contractorum bona nostra in *Vorenhagen* in *Haverhorst* & curiam in *Heyeressen* cum omnibus suis juribus & pertinentiis silvis pratis pascuis viis inviis & aliis quibuscunque *Lodewico de Eggelehorstelde Elizabeth* uxori

sue

sue *Bartrado Johanni & Bruningo* filiis suis & eorum justis heredibus pro septuaginta marcis Bremensis argenti titulo pignoris obligavimus tamdiu tenenda, donec nos vel nostri successores redimamus ab ipsis pro eadem pecunie quantitate, possumus enim eadem bona redimere singulis annis inter Nativitatem Domini & festum Penthecostes, habebunt etiam idem *Lode:* & heredes sui liberam facultatem aliis obligandi bona predicta pro pecunie quantitate superius memorata, quod factum est consensu nostri capituli accedente & in testimonium hujus nostrum & ipsius capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo nono, feria quinta post Dominicam *Judica.*

9. Apr.

XLVIII.

ALIA ORDINATIO COMETIE *WONSTORPE.*

Nos *Ludolphus* Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus & *Otto* eadem gratia dux de *Brunswich* & de *Lunenburg* universis presens scriptum visuris cupimus esse notum, quod cum castrum in *Wunstorpe* nobilis viri *Johannis* Comitis ibidem culpis suis exigentibus fortuna favente ceperimus ejusdem cometie divisionem fecimus in hunc modum videlicet quod Episcopus Mindensis qui pro tempore fuerit nomine ecclesie sue castrum opidum &

claustrum in *Wunstorpe* solus obtinebit, de ceteris autem bonis ad comitem pertinentibus videlicet villis decimis agris possessionibus & aliis juribus quibuscunque inter nos equalis fiet divisio eo duntaxat excepto, quod villicationem in *Rennebergh* cum suis attinentiis solus Episcopus perpetuo possidebit, preterea nos Dux de *Luneborgh* partem que de bonis pheudalibus ejusdem Comitis nos contingit ab Episcopo Mindensi jure recipere tenebimur pheodali, cetera autem bona ejusdem comitie propria inter nos equaliter partiemur. Insuper amicitiam seu confederationem per tres annos continue duraturam inter nos fecimus sub hac forma videlicet, quod quilibet nostrum alteri contra quoslibet sibi adversantes auxilium prestabit fideliter & juvamen & maxime nos *Ludolphus* Mindensis Episcopus Illustrem Principem dominum ducem predictum castrum in *Ryclinge* expugnare juvabimus bona fide quo capto in optione domini Ducis est utrum idem castrum vel castrum in *Bordenouwe* voluerit obtinere & uno obtento alterum destruere tenebitur sine dolo, adjectum est etiam quod si alicui nostrum necessitas incubuerit alterum per fidelem nuntium sibi in auxilium evocabit & vocatus alteri auxilium prestare tenebitur vocantis sumptibus & expensis & si bellum ingruerit & dominus victoriam dederit, spolium & captivi juxta proportionem & numerum pugnantium equaliter dividantur, si vero sors adversa evenerit quilibet dampnum sustinebit quod receperit in eisdem. Ceterum taliter inter nos extitit ordinatum quod si aliqui vel aliquis predictum Comitem de *Wun-*

storpe

ſtorpe vel ejus heredem ſeu heredes contra nos vel aliquem de noſtris tenere ſeu fovere voluerit illorum vel illius inimici erimus nec unquam aliquis noſtrum ſine altero compoſitionem treugas ſive pacem aliquatenus acceptabit, ab hac forma mutui juvaminis quosdam hinc inde duximus excipiendos contra quos nullus alteri tenebitur auxilium impertiri, Nos ſiquidem *Ludolphus* Mindenſis Epiſcopus reverendum dominum *Wicboldum* Archiepiſcopum Colonienſem dominum *Lodevicum* Epiſcopum Osnaburgenſem, de *Schouwenborgh* de *Ravensbergh* de *Everſten* & de *Welpa* Comites, advocatum de *Monte* & Hervordenſem. Et Nos Dux excipimus venerabilem dominum Archiepiſcopum Bremenſem, Hildeſienſis & Verdenſis eccleſiarum Epiſcopos Illuſtres Principes *Henricum* & *Albertum* duces de *Bruneſwich* de *Oldenborgh* de *Welpa* & de *Hoya* Comites. De opido autem Mindenſi taliter duximus ordinandum, quod cum primum compoſitio facta fuerit inter Nos Ducem & Comitem de *Schouwenburg* dominus Epiſcopus Mindenſis partem ſuam in eodem opido ſicut antea pacifice poſſidebit. Adjectum eſt etiam quod dominus Mindenſis Epiſcopus prout ex virtute preſtiti juramenti tenetur jurare licite poterit comiti de *Schouwenborgh* de ejusdem comitis munitionibus ſive caſtris, ac ejusdem comitis ſumptibus & expenſis & tunc duci domini Epiſcopi ſatellites dampnum inferre poterunt & recipere ſine culpa, verumptamen in egreſſu de Caſtris domini Epiſcopi usque ad munitiones comitis & regreſſu de eisdem nec dampna recipere debebunt nec inferre, & ſi dampnum re-

receperint five captivati fuerint reſtitutis ſibi bonis ſuis dimittentur liberi & ſoluti dummodo capitaneus preſtiterit ſacramentum *) quod inter caſtrum & caſtrum domino duci inferre noluerit nocumentum. Porro predictus Epiſcopus de caſtris ſuis & dominus dux de ſuis nullum ſibi invicem inferant nocumentum ſed quilibet eorum ſubditos alterius in ſuis munitionibus vel extra munitiones vel ubicumque honorabit & modis & motibus quibus poterit promovebit. Et ad hec premiſſa & ad quodlibet premiſſorum firmiter obſervandum cum noſtris militibus & armigeris quorum nomina ſubſcripta ſunt, fidem invicem preſtitimus manualem. fidejuſſores domini Epiſcopi tales ſunt: *Conradus Poppe* & *Hermannus de Hardenberghe* Canonici Mindenſes *Lippoldus de Mandeslen Johannes de Lubbeke Rychardus Lode Gherardus de Campe Johannes* Camerarius *Johannes de Bernewede* milites *Lodev. de Eggelinborſtelde Heinricus de Horſt Harth. de Mandeslen & Gherardus de Echelte* famuli. Fidejuſſores domini ducis ſunt hii *Otto* Comes de *Welpa Henricus* Prepoſitus ſancti *Ciriaci Aswinus de Saldern Thidericus de Bodenſtede Willehelmus de Staden Roth. de Guſteden Henricus de Walmode Wasmodus de Knebeck Ge. de Odem, Johannes de Stums, R. de Eſtorpe Pyl* milites. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum & actum *Wunſtorpe* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono in die *Bryctii* Confeſſoris. 13. Nov.

XLIX.

*) Juramentum.

XLIX.

SUPER MINISTERIALI ECCLESIE MINDENSI DATO.

Venerabili domino Mindensis ecclesie Episcopo Dei gratia *Otto* Dux de *Brunswick* & de *Luneburgh* paratam ad quevis beneplacita voluntatem. Vestre Dominationi presentibus intimamus, quod *Johannem* filium *Lamberti de Wetberge* vobis & ecclesie vestre damus & dedimus ministerialem illa tantum de causa ut dicto *johanni* & suis fratribus omnia eorum bona & pheoda porrigatis que de manu vestra tenentur recipere & tenere, si vero antedictus *Johannes* mortuus fuerit loco illius fratrem suum seniorem recipietis, si vero omnes obierunt, preter unum, omnia vobis & ecclesie vestre presentibus assignamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum huic littere duximus apponendum. Datum in castro ante *Ryclinge* Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo nono in octava beati *Martini*. 18. Nov.

L.

SUPER VILLICATIONIBUS *RUNEBERGE BONREDEREN* ETC.

Nos *Johannes* Dei gratia Comes de *Wunstorpp* universis ad quos presens scriptum perveneirit

rit volumus esse notum, quod villicationes in *Runneberge & Bonredern* quas ab ecclesia Mindensi pro quadam summa pecunie in pignore tenuimus Venerabili Patri domino nostro *Ludolpho* Episcopo Mindensi & sue Mindensi ecclesie predicte de consensu & beneplacito *Ludolphi* filii nostri liberas & solutas restituimus omni juri quod in eisdem villicationibus habuimus penitus renunciantes & litteris in quibus nobis dicte villicationes a dicta Mindensi ecclesia fuerant obligate, que quidem littere nunc sunt perdite, sed si unquam forte fuerint invente reddemus eas dicto domino nostro Episcopo *Ludolpho* & sue Mindensi ecclesie sepedicte. In cujus rei protestationem hanc litteram nostro sigillo fecimus roborari. Actum & datum in *nova civitate* super cimiterium Anno Domini Millesimo tricentesimo in cena Domini presentibus nobili viro domino *Ottone* Comite de *Welpa*, domino *Johanne de Lubbeke* milite domino *Arnoldo* Camerarij plebano ecclesie nove civitatis nec non *Lodewico de Endelingeborstelde* tunc temporis ecclesie Mindensis Dapifero & *Conrado* Rectore scholarum Honoverensis civitatis. 7. Apr.

LI.

SUPER V. MANSIS IN CAMPO *REYSEN* ET III. IN *BEKEDORPE*.

Nos *Waltherus* miles dictus de *Cersne* cum fratre meo *Rotberto* milite omnibus presens scriptum

tum

tum intuentibus declaramus, quod *Gherardo* nobili viro advocato *de Monte* & suis veris heredibus recognoscimus quod advocatiam quam posuit *Rotberto* militi & *Waltbero* ac *Lodewico* nec non & *Johanni* fratribus dictis de *Cersne* & eorum veris heredibus super octo mansos quorum quinque siti sunt in campo *Reysen* & tres in campo *Bekedorpe* pro viginti marcis & una redimere poterit vel veri sui heredes quocumque tempore anni eorum placuerit voluntati, quod nos *Waltberus* miles appensione nostri sigilli duximus roborandum. Datum in *Indagine* Anno Domini Millesimo tricentesimo in festo *Johannis ante portam* latine.

6. Maji.

LII.

ORDINATIO INTER EPISCOPUM ET COMITEM *SHOMBORCH* SUPER CASTRUM *ARNEM*.

Adolphus Dei gratia Comes *Holtsacie* & de *Schouwenborch* omnibus hoc scriptum visuris affectuosam ad omnia beneplacita voluntatem. Noverint universi quod cum super destructione castri *Arnem* inter venerabilem Patrem *Ludolphum* Mindensis ecclesie episcopum ex una & nos ex parte altera mota fuisset aliquamdiu materia questionis talis compositio amicabiliter intervenit videlicet, quod predictus dominus episcopus & nos mutua fidei datione promisimus quod nec per predictum do-

dominum episcopum nec suos successores nec per nos nec heredes nostros specialiter idem castrum ullo unquam tempore reedificari debebit nisi fortassis de communi voluntate tam predictus dominus noster episcopus vel sui successores una nobiscum seu nostris heredibus & nos versa vice cum ipso vel ipsis prefatum castrum *Arnem* duxerimus reparandum, preterea si aliquis potenter contra voluntatem nostram in fundo predicto castrum edificare voluerit simul resistere tenebimur ac totis viribus defensare, adjectum est etiam quodsi fundum castri predicti simul vendere decreverimus quod divisim & separatim facere non poterimus pecuniam de fundo vendito equaliter partiemur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Datum & actum in campo apud *Velden* Anno Domini Millesimo tricentesimo secundo Sabbato ante Dominicam *Cantate*.

19. Maji.

LIII.

SUPER ADVOCATIA CURTIS IN *RODENHE.*

Nos *Gherardus* nobilis advocatus de *Monte* & *Wedekindus* filius noster recognoscimus in hiis scriptis quod *Bernardo* & *Olrico* fratribus de *Landesberge* advocatiam curtis in *Rodenhe* & curtis in *Honvelde* pro viginti marcis Bremensis argenti titu-

tulo pignoris obligavimus ſub conditionibus que ſequuntur, videlicet quod nos ipſam advocatiam redimere quolibet anno poſſumus quando nobis placuerit pro jam dicte pecunie quantitate, Nos quoque ad preces eorum eandem advocatiam ſeu advocatias ſi neceſſitas ipſis ingruerit aliis alterius pro eadem pecunia obligare curabimus ſub condicionibus prenotatis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Datum in *Monte* in craſtino *Bartholomei* Apoſtoli Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſecundo. 25. Aug.

LIV.

SUPER CURIA IN *DILINGEN*.

H*ildeboldus* nobilis de *Brochuſen* omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in Domino, noverint univerſi quod nos curiam in *Dilingen* cum omnibus ſuis attinentiis ſitam in terra *Stemwede* a venerabili domino *Ludolpho* Mindenſi Epiſcopo cum conſenſu & voluntate ſui capituli emimus juſto titulo emptionis pro centum marcis Bremenſis argenti jure hereditario poſſidendam cum tali vero conditione quod idem Epiſcopus vel ſui ſucceſſores qui pro tempore fuerint a nobis vel a noſtris veris heredibus ipſam curiam reemere poterunt ſine contradictione qualibet infra ducentos annos quandocunque eis videtur expedire pro ſupradicta pecunie

nie quantitate. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum appoſuimus huic ſcripto.

Datum *Minde* Anno Domini Milleſimo tricenteſimo tertio ſecunda feria poſt octavam *Penthecoſtes.* 3. Junij.

LV.

SUPER DUOBUS MANSIS *DALHOVE.*

Ludolphus Dei gratia Mindenſis ecclesie Epiſcopus omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in Domino. Noveritis quod nos pro neceſſitate ecclesie noſtre & de conſenſu capituli noſtri duos manſos ſitos in campo Mindenſi juxta locum qui dicitur *Dalhoff* cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis ſilvis pratis paſcuis & aliis quibuscunque *Hermanno Cruſen* civi Mindenſi uxori ſue & eorum veris heredibus vendidimus pro quadraginta marcis Bremenſis argenti quas ab eodem *Hermanno* nos recepiſſe & in utilitatem ecclesie noſtre converſas fuiſſe recognoſcimus, talis autem condicio eſt adjecta quod eosdem manſos quolibet anno infra feſtum Epiphanie domini ac feſtum Purificacionis beate virginis nos vel noſtri ſucceſſores recuperare poterimus pro ſupradicta pecunie quantitate, idem etiam *Hermannus* aut heredes ſui predicti reſpondere tenerentur advocacie de bonis premiſſis prout hactenus eſt conſuetum. In cujus rei teſtimonium noſtrum & capituli noſtri ſigilla preſentibus ſunt appenſa.

Da-

Datum *Minde* Kalendis Augusti Anno Domini Millesimo trecentesimo tertio.

1. Aug.

LVI.

SUPER CASTRO *RUCLINGEN* RECEPTO IN FEUDUM.

Nos *Johannes* Dei gratia Comes de *Roden* in hiis scriptis recognoscimus publice protestantes compositionem vel sonam super controversiis quibuslibet hactenus habitis inter venerabilem dominum *Ludolphum* Mindensis ecclesie Episcopum ex una & Nos ex parte altera taliter ordinatam quod Nos castrum nostrum *Rycklinghen* ipsi domino Episcopo & ecclesie sue pleno & integro jure assignavimus sive donavimus titulo proprietatis perpetuo possidendum ita tamen quod idem dominus Episcopus nos infeodavit de castro predicto sub ea conditione quod ipsum castrum erit nichilominus apertum & portum quod vulgo dicitur en open hus *) ipsi domino Episcopo quamdiu vixerit ad omnem suam necessitatem & quamlibet voluntatem item etiam indaginem que dicitur *Aldehaghe* domino Episcopo & ecclesie sue predicte pleno proprietatis jure donavimus & ipsam in feodo recepimus ab eodem, que quidem singula premissa cum voluntate *Ludolphi* filii nostri fecimus & consensu volentes consensum hujusmodi prestare legitime vel implere in figura judicii quod dicitur Vrig-

dincke

*) Offenes haus.

dincke *) adhibitis ſentenciis ibidem debitis & conſuetis quandocunque a prefato domino Epiſcopo fuerimus requiſiti, preterea ſepedicti domini Epiſcopi obſequiis obligamur & ei fideliter aſtabimus quamdiu vixerimus contra quoscumque ſuos adverſarios quocienscunque idem dominus Epiſcopus a nobis duxerit requirendum, univerſa quoque premiſſa & quodlibet premiſſorum ſub datione fidei noſtre juramento ſuper hoc etiam preſtito promiſimus firmiter obſervare, ſi vero quod abſit premiſſa non ſervaremus modo preſcripto penam perditionis omnium caſtrorum ſeu munitionum & bonorum que ab eccleſia Mindenſi tenemus in feodo ipſo facto taliter incurremus quod caſtra munitiones aut bona predicta ex tunc ad ipſum dominum Epiſcopum & eccleſiam ſuam pleno jure libere revertentur nec nos aliquid nobis uſurpare poterimus in eisdem ſuper quo preſentibus conſentimus quibus in hujus rei teſtimonium & evidentiam ſigillum noſtrum duximus appendendum. Actum & datum *Minde* ipſo die ſancti *Arnulfi* confeſſoris Anno Domini Milleſimo tricenteſimo tertio, predictorum omnium teſtes ſunt honorabiles viri dominus *Hermannus de Hardenbergh* dominus *Guntherus de Swalenborgh* Mindenſis eccleſie canonici dominus *Richardus* dictus *Vos* dominus *Reynhardus de Vorenholte* milites & quam plures alii fide digni. Datum ut ſupra. 16. Aug.

LVII.

*) Vrig-dincke, Frij vel Frig-dincke, i. e. Frey-gericht.

LVII.

SUPER UNO HORTO IN *BRULONE*.

L*udolphus* Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Noverint universi quod Nos proprietatem cujusdam orti siti in broylone *) extra muros Mindenses quem *Bernhardus* sartor de foro tenuerat a nobis in feodo dilecto nobis *Hinrico* Cantori ecclesie nostre predicte qui ortum eundem a prefato *Bernhardo* emptionis titulo comparavit cum bona donavimus voluntate ad ordinandum scilicet ad faciendum sui memoriam perpetuam cum orto predicto in ecclesia nostra majori prout sibi divinitus fuerit inspiratum. In hujus ergo nostre donationis testimonium & evidentiam premissorum presens scriptum sigillo nostro dedimus communitum.

Datum *Minde* nonis Decembris Anno Domini Millesimo tricentesimo tercio.

5. Dec.

LVIII.

*) Im Brühl.

LVIII.

SUPER DIMIDIO MANSO IN *WYNTHEM.*

Omnibus hoc ſcriptum viſuris & audituris nos *Juſtacius* miles Dominus *Henericus* frater ejus *Juſtacius Arnoldus & Johannes* fratres patrueles ipſorum dicti de *Vorenholte* famuli cupimus eſſe notum quod pro noſtrarum ſalute animarum & pro periculis aliquando per nos Mindenſi eccleſie injurioſe forſitan irrogatis donavimus & donamus liberaliter in hiis ſcriptis proprietates cujusdam manſi dimidii in villa *Wynthem* unius aree ſpacium ſive locum pro caſa una facienda in *Herlede* & duas areas pro duabus caſis faciendis in *Ilſe* ipſi capitulo Mindenſi perpetuo poſſidendas. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quarto ipſo die beati *Gregorii* Pape.

12. Martij.

LIX.

SUPER TRIBUS MANSIS FEUDALIBUS IN *ADERSEM.*

Univerſis Chriſti fidelibus *Gheradus* miles dictus de *Guſtode* notitiam ſubſcriptorum. Tres manſos ſitos in *Aderſem* hactenus in feodo tenui ab inclito domino advocato *Montis* qui nunc de meo be-

beneplacito ad *David Croueslen* ac fratres ejus cives in *Brunswich* sunt translati, quare omne jus quod in ipsis habui ex parte mea ac liberorum meorum predicto *David* ac fratribus suis libere nunc resigno supplicans cum eis ac pro eis prefato Domino Advocato *Montis* ut ipsis cum omni jure quo ego eosdem hactenus tenui, dignetur porrigere dictos mansos, In cujus rei fidem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum & Datum in *Woldenbergh* Anno Domini Millesimo tricentesimo quinto decima Kalendas Junij.

23. Maji.

LX.

SUPER CASTRIS *STEYGERBERCH* ET *REYNEBERCH*.

Nos *Johannes de Lubbeke* & *Rabodo* dictus *Schele* milites publice recognoscimus & tenore presencium protestamur, quod a venerabili in Christo Patre ac domino nostro *Godefrido* Mindensis ecclesie Episcopo litteras obligationis super castro *Staygerberch* una cum nostris heredibus recepimus tenore verborum que sequuntur per omnia continentes = Nos Dei gratia *Godefridus* Mindensis ecclesie Episcopus recognoscimus & tenore presencium publice protestamur, quod de consensu & voluntate capituli nostri propter causas legitimas & evidentem necessitatem debitorum quibus ecclesia nostra gravatur castrum nostrum *Stayger*-

 berch

berch cum omnibus ſuis pertinentiis pro ſexcentis marcis Bremenſis Argenti obligavimus in utilitatem eccleſie noſtre converſis ſcilicet in redemptionem caſtri *Reynenberch Johanni de Lubbeke & Rabodoni* dicto *Schele* militibus ac ipſorum filiis & heredibus nec non ad manus ipſorum videlicet *Johanni Dumen Ludolpho Weſtphali* militibus *Thiderico de Gripeshope Thiderico Rabodoni Liborio & Gherardo* fratribus domini *Johannis de Lubbecke* militis jam preſcripti, hoc adjecto quod ſi qua bona in villicatione noſtra in *Sulingen* pendente hujusmodi obligatione vacare contigerit, prefati milites eadem bona nec non alia quecunque bona eccleſie obligata in ipſa villicatione redemerint una cum redditibus caſtri titulo pignoris poſſidebunt ita tamen quod bona ſic redempta per nos vel ſucceſſores noſtros aut capitulum noſtrum recuperare poterunt pro pecunia redemptionis ab eis expoſita vel ſoluta, quandocunque vero nobis ſucceſſoribus noſtris aut capitulo noſtro predictum caſtrum redimere placuerit id prenuntiari debet ad tempus dimidii anni militibus aut eorum heredibus antedictis, qui ex tunc habita pecunie ſumma pretaxata ſcilicet ſexcentarum marcarum & pecunia pro bonis ut premittitur obligatis expoſita jam dictum caſtrum & bona ſi qua redempta ſunt ſine omni difficultate & contradictione nobis ſucceſſoribus noſtris aut capitulo noſtro pleno jure reddere vel reſtituere libere tenebuntur, ad quod ſepedicti milites pro ſe & ſuis heredibus fidei datione ac juramento corporaliter preſtito nec non etiam fidejuſſoribus ad hoc poſitis ſe nobis firmiter obligarunt, hoc

hoc etiam addito, ſi nos diſcordiam habere contigerit cum comitibus *Hoyenſibus* quod prefati milites de predicto caſtro nos juvabunt contra illos & eorum adjutores dummodo eos per amicos noſtros de indempnitatibus caſtri predicti rerum & corporum ſuorum aſſecuremus ſeu cautionem poſſibilem faciamus, ſi vero ipſos prenominatos milites caſtrum predictum in noſtro ſervitio perdere contigerit domino avertente aut alia qualiacunque dampna tolerare ad pecunie ipſorum pro caſtro expoſite reſtitutionem & dampnorum refuſionem ipſis nichilominus obligamur, invaleſcente autem & durante hujusmodi discordia nos & noſtros adjutores pro juris noſtri defenſione ad dictum caſtrum intromittent emittent quotienscunque nobis & noſtris viſum fuerit expedire & tertiam partem depactionis ſive exactionis caſtro deputate tollent & accipient, quam ipſis preſentibus aſſignamus, nos etiam ipſos tanquam noſtros caſtellanos dilectos fideles manutenebimus & conſervabimus pro jure ſuo ubicunque eis fuerit oportunum. In quorum evidentiam ipſis preſens ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Actum & datum *Lubbeke* feria ſecunda ante feſtum beati *Johannis Baptiſte* Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quinto. Igitur ad obſervandum inviolabiliter & faciendum omnia & ſingula que de nobis & heredibus noſtris in predicta littera continentur prout fidei datione ac juramento corporali nec non fidejuſſoria cautione premiſſa firmavimus prefato domino noſtro *Godefrido* Mindenſi Epiſcopo ſucceſſoribus ſuis & capitulo ſuo nos & noſtros heredes predictos tenore

 pre-

presenti littere firmiter obligamus, cui nostra sigilla in premissorum omnium testimonium sunt appensa. Actum & datum Anno die & loco prelibatis. 21. Junij.

LXI.

SUPER ADVOCACIA VILLE IN *WANDERDESCHON*.

Nos *Gherardus* Dei gratia Abbas in *Insula* notum facimus & notum esse cupimus omnibus audituris presencia seu visuris, quod *Gherardus* nobilis advocatus de *Monte* & *Wydekindus* suus filius & eorum heredes legitimi proventus advocatie in *Wanderdeshon* usque ad pontem *Oweburg* nobis & conventui nostro pro viginti marcis Bremensis argenti obligarunt quas inde recipiemus successive videlicet eisdem unam marcam Bremensem in sortem computando singulis annis de pecunia memorata, tali etiam condicione adjecta quod infra quinque primos annos hujusmodi advocatie proventus redimere non debent, sed infra festum *Penthecostes* & nativitatis beati *Johannis Baptiste*, quibus finitis prelibatus *Gherardus* & sui heredes legitimi possunt redimere pro residua pecunia & pro eorum beneplacito singulis illis annis. In cujus rei testimonium damus eisdem presentem litteram sigilli nostri & nostri Conventus munimine roboratam.

Da-

Datum in die *Nicolai* Anno Domini Millesimo tricentesimo quinto.

6. Dec.

LXII.

SUPER BONIS IN *LUDERSTENVELDE*.

G*odefridus* Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus hoc scriptum visuris notum facimus, quod nos de voluntate & consensu capituli nostri *Ludolpho de Mandeslo* & *Lutgardi* uxori sue bona nostra in *Luderstenvelde* sita que quondam *Johannes de Bardeleve* miles tenuit a fel rec. *Volquino* quondam Mindensis ecclesie Episcopo predecessore nostro titulo emptionis cum suis pertinentiis quousque viverent, ita nos dicta bona de consensu nostri capituli ad instantiam *Harberti* militis dicti de*Mandeslo* pro debitis videlicet viginti marcis que solvere tenebatur pro bone memorie *Ludolpho* predecessore nostro dicto *Ludolpho* & *Lutgardi* uxori ipsius presentibus innovamus ad omne jus quod habuit *Johannes* & *Lutgardis* in eisdem videlicet quamdiu usufructum habeant in bonis predictis cum omnibus attinentiis, pascuis pratis nemoribus silvis aquis viis & inviis serviciis judiciis & aliis quibuscunque post decessum vero ipsorum *Ludolphi* & *Lutgardis* memorata bona ad nos & successores nostros qui pro tempore fuerint libere revertentur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo nostri capituli presentibus est appensum.

Datum *Minde* feria quarta ante *Letare* Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto.

7. Mart.

LXIII.

SUPER IV. MANSIS IN *MARTESLO*.

Gotfridus Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus hoc scriptum visuris noticiam subscriptorum. Noveritis quod nos dilectorum in Christo Prepositi Decani & Capituli nostri majoris Mindensis precibus inclinati proprietatem quatuor mansorum sitorum trium & decem jugerum inter *Merteslo* & curiam *Heyde* aliorum viginti jugerum ex opposito prope viam ad utramque partem loci qui *Regber* dicitur eis dedimus & damus sub testimonio presentium litterarum quibus sigillum nostrum ad majorem evidentiam duximus apponendum.

Datum quinto Idus Marcij Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto.

11. Mart.

LXIV.

SUPER CASTRUM *REYNEBERCH.*

Nos *Lodewicus* Dei gratia Episcopus Decanus & Capitulum ecclesie Osnaburgensis recognoscimus & presentibus protestamur quod partem castri in *Reineberge* quod castrum est ecclesie Mindensis & ecclesie nostre Osnaburgensis Episcopum & ecclesiam Mindensem plenarie & integre cum omni jure & proprietate intrandi & exeundi manendi & ad omne suum commodum & necessitatem per se & successores suos quiete pacifice ac libere possidere permittemus nec nos nec successores nostri Episcopum & ecclesiam Mindensem ac successores eorundem in predicta sua parte prefati castri in *Renenberghe* impediemus ullo modo, si vero nos vel successores nostri Episcopum & ecclesiam Mindensem predictos a dicto castro in *Renenberge* ammoverimus aut impediverimus aut ammoverint vel impediverint in premissis quod absit & ammoniti infra quatuordecim dies non restituerimus vel restituerent ammotos vel impeditos oppidum *Widenbrugge* ecclesie Mindensi omni jure sit astrictum quo ecclesia nostra Osnaburgensis uti consuevit quousque sue parti in *Renenberge* Episcopus & ecclesia Mindensis sint plenarie restituti vel de impedimento eisdem satisfactum fuerit vel in amicitia vel in jure excepto castro *Redikenberge* quod ecclesie Osnaburgensi manebit, ita tamen quod de opido *Widenbrugge* Mindensi ecclesie obligato quo ad

 jus

jus possidendi de predicto castro *Redekenberge* nullum nocumentum vel prejudicium Mindens. inferetur nec etiam ipsi Mindenses castro in *Redekenberge* aut castellanis ibidem dampnum vel prejudicium facient quamdiu opidum possederint antedictum. In cujus rei testimonium nos *Lodewicus* Episcopus Decanus & Capitulum ecclesie Osnaburgensis predicte sigilla nostra duximus presentibus apponenda.

Datum *Osenbrugge* Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto, tertio Idus Aprilis.

11. April.

LXV.

SUPER CERTIS BONIS IN LITTERA EXPRESSIS.

Ego *Conradus de Winningehusen* miles recognosco tenore presentium & protestor quod bona ecclesie Mindensis videlicet partem indaginis que dicitur *Varenhage* & partem indaginis que dicitur *Haverhorst* cum decimis earum nec non curiam in *Hoyers* cum juribus & fructibus ac proventibus suis a me titulo emptionis comparato prout in instrumento sub sigillis reverendi domini nostri *Godefridi* Episcopi ac Capituli Mindensis ecclesie super hoc confecto plenius continetur, tam Ego quam *Gertrudis* filia *Arnoldi* dicti *Grimpe* uxor mea *Conradus* quoque *Johannes* & *Arnoldus* filii nostri tantummodo usufructus nomine quod vulgo lyffge-

gedynge *) dicitur ad vite noſtre tempora poſſidebimus nec eadem bona vendere vel obligare ſeu etiam quomodolibet in ſucceſſionem hereditariam transferre poſſumus nec debemus ita quod poſt mortem noſtrum quinque videlicet predictorum bona premiſſa cum decimis proprietatibus juribus fructibus & utilitatibus ſuis ac proventibus univerſis ad Epiſcopum qui pro tempore fuerit & ecclesiam Mindenſem ſine impedicione ſeu rebellione cujuslibet pleno jure libere ac integre revertentur, ne vero ſuper premiſſis cuiquam ſucceſſorum propinquorum ſeu etiam amicorum noſtrorum dubium vel queſtionis ſcrupulus oriatur, preſentem litteram dedi ſigilli mei teſtimonio communitam.

Datum *Minde* quinto decimo Kalendas Maji Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſexto.

17. Apr.

*) Leib-geding.

LXVI.

SUPER INDAGINE *NORTZELE.*

Nos *Gotfridus* Dei gratia Mindenſis eccleſie Epiſcopus recognoſcimus & tenore preſencium proteſtamur quod partem noſtram bonorum indaginis que dicitur *Nortzele* in qua videlicet parte *Waltberus de Zerzen* miles uſufructum habet cum omnibus juribus fructibus ac proventibus ad eadem

dem bona pertinentibus de confenfu & voluntate Capituli noftri *Arnoldo de Haversvorde* & *Conrado* dicto *Dume* militibus *Wille* uxori ejusdem *Conradi* nec non *Conrado* filio ipforum vendidimus pro centum marcis Bremenfis argenti ita quidem quod ipfo *Woltbero de Zerzen* de medio fublato quatuor perfone prenominate bona prefcripta eodem jure per omnia quo idem *Waltberus* eadem tenuit quoad vixerint poffidebunt ea etiam conditione adjecta quod iidem quatuor vel alter eorum hujusmodi bona vendere obligare feu etiam in fucceffionem hereditariam quocumque modo transferre non poterunt neque debent, fed eis defunctis bona premiffa cum juribus proventibus & fructibus ut premittitur univerfis ad nos vel fucceffores noftros aut ecclefiam noftram fine contradictione vel rebelione cujuslibet pleno jure integre ac libere revertentur. In teftimonium igitur & evidenciam premifforum noftrum & Capituli noftri predicti figilla litteris eis datis funt appenfa. Datum *Minde* octavo Kalendas Maji Anno Domini Millefimo tricentefimo fexto. Et nos *Arnoldus de Haversvorde Conradus Dume* milites *Willa* uxor & *Conradus* filius dicti *Conradi* nec aliquis noftrorum amicorum pro nobis aliqua debita refidua a Capitulo exigemus fed refpectus ad honorabilem Epifcopum habeatur & nobis quatuor premiffis decedentibus ut premiffum eft integre dicta bona revertentur. 24. Apr.

LXVII.

LXVII.

SUPER BONIS IN *LUDERSCHENVELDE*.

Universis presens scriptum visuris cupio esse notum, quod Ego *Ludolphus de Mandeslo* & *Lutgardis* uxor mea in bonis in *Luderschenvelde* sitis nihil juris habemus sed usufructum quamdiu vixerimus cum omnibus pertinentiis pascuis pratis nemoribus aquis viis & inviis servitiis judiciis & aliis quibuscunque post mortem vero nostram dicta bona ad ecclesiam Mindensem redibunt libere & quiete contradictione heredum nostrorum non obstante. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto.

LXVIII.

SUPER DECIMA IN *HONSTEDE*.

Omnibus hanc litteram in perpetuum visuris Ego *Meynardus de Oldenesche* & mei heredes esse cupimus manifestum protestantes lucide per eandem quod nos a nobili viro nobili advocato de *Monte* & suis heredibus tanquam a vero pheodi domino tenemus & habemus decimam dimidiam sitam in *Luttekenhoustede* cum suis omnibus juribus & pertinentiis que consistunt tam majoribus quam

quam minutis pro cujus dimidie decime infeodationem nos eidem nobili advocato de *Monte* & suis heredibus data fide promittimus nostrum homagium & fidelitatis debitum, ad quod homagium & fidelitatis debitum tamquam vasalli eorum vero domino obligati erimus & astricti. In cujus rei protestationem sigillum mei *Meynardi de Oldenesche* famuli supradicti huic littere est appositum.

Datum *Delmenhorst* Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo in octava *Epiphanie* Domini.

13. Jan.

LXIX.

SUPER DUABUS CURIIS IN *BUREN* ET UNA IN *REDESSEN*.

Omnibus presentia visuris sive audituris *Henricus* dictus miles de *Buren* & *Eringardis* uxor sua nec non *Johannes* sacerdos filius eorundem Rector ecclesie in *Diligben* noticiam rei geste, scire cupimus tam presentes quam posteros recognoscentes in hiis scriptis, quod cum nos omnes nullo nostrum superstite de medio sublati fuerimus, duas curias in *Buren* & unam domum in *Redessen* cum omnibus attinentibus casis pratis & nemoribus quas Ego *Henricus* ab Episcopo Mindensi in pheodo tenui & de quibus me *Johannem* inpheodavit dictus Episcopus Mindensis cum alius heres verus superstes non videatur, absque cujuslibet impedimenti obstaculo predicta bona integraliter ad

ad dictum Dominum Episcopum Mindensem & ad suam ecclesiam devolvantur. In cujus rei testimonium sigilla nostra *Henrici* patris & *Johannis* filii presentibus sunt appensa.

Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo nonis Februarij.

5. Febr.

LXX.

SUPER UNO ORTO IN *BRULONE*.

Godefridus Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Noveritis quod nos recepta resignatione unius orti siti in *Braylone* extra muros Mindenses a *Johanne de Pepingehusen* cive Mindensi & uxore sua nec non legitimis heredibus eorundem dilecto nobis *Hinrico* Cantori ecclesie nostre predicte qui ortum eumdem a predictis resignatoribus emptionis titulo legitime comparavit proprietatem ipsius orti ad nos pertinentem libere cum bona voluntate donavimus ad ordinandum videlicet & faciendum sui memoriam perpetuam in ecclesia nostra majori cum orto predicto prout sibi divinitus fuerit inspiratum. In cujus nostre donacionis & predictorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum *Minde* quarto Kalendas Aprilis Anno Domini Millesimo tricentesimo septimo.

29. Mart.

LXXI.

SUPER OBLIGATIONE CASTRI *STEYGERBERCH*.

Nos *Johannes de Lubbeke* & *Rabodo* dictus *Schele* milites universis ad quos presens scriptum pervenerit recognoscimus & tenore presentium protestamur, quod litteras Reverendi Patris ac Domini nostri *Godefridi* Mindensis ecclesie Episcopi super obligatione Castri *Steygelberg* nobis ab eo facta & ipsius castri restitutione a nobis facienda recepimus continentes tenorem qui de verbo ad verbum infra ponitur in hunc modum: *Godefridus* Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus hoc scriptum visuris vel audituris salutem & omne bonum. Noverint universi quod nos obligationem Castri nostri *Steygelberg Johanni de Lubbeke* militi factam donavimus in hunc modum, quod idem *Johannes* predictum castrum a nobis obligatum tenet cum *Robodone* milite dicto *Schele* pro sexcentis marcis Bremensis argenti & ad manus ipsius *Johannis* obligatum habebunt, si opus fuerit *Dethardus de Slon* miles *Gherardus* filius *Rabodonis* predicti *Theodericus Rabodo Liborius* & *Gherardus* fratres dicti de *Lubbeke* & *Conradus* prefati *Johannis* filius sub tali conditione quod a festo pasche nunc instantis infra annum proximum idem castrum redimere non possumus nec debemus sed ipso anno transacto ex tunc quandocunque nobis castrum predictum aut successoribus nostris recuperare placuerit post in-

intimationem recuperationis hujusmodi que prefato *Johanni de Lubbeke* fieri debet vel post mortem suam illi qui capitaneus vel pocior fuerit in castro predicto infra annum a tempore intimationis numerandum, nos successores nostri aut capitulum nostrum ipsum castrum recuperare poterimus pro sexcentis marcis predictis, que pecunia in civitate Mindensi vel in quocunque loco circa civitatem eandem infra quinque miliaria posito ubi dictus *Johannes* assecurari poterit eidem vel ad manus ipsius solvi debet, qua soluta prefatus *Johannes* aut sui successores & heredes qui castrum tenuerint nobis & ecclesie nostre ipsum castrum pleno jure restituere sine contradictione vel difficultate qualibet tenebuntur, si vero post annum intimationis hujusmodi jam dictam pecuniam eidem *Johanni* commode solvere non possumus, tres menses nobis & ecclesie nostre nichilominus salvi erunt, ita quidem quod infra tres menses eosdem prefatum castrum pro memorata pecunia recuperare poterimus quando visum fuerit expedire, idemque *Johannes* habebit pro se quandocunque placuerit eundem intimationis terminum qui de nobis jam promissus est, ita quod etiam tres menses eidem si alicubi guerram habuerit, similiter salvi erunt, quibus elapsis castrum predictum nobis & ecclesie nostre libere restituetur prout superius est expressum, preterea si qua bona in villicatione *Sulinge* ad ipsam spectantia pendente hujusmodi obligatione vacare contigerit, ea prefatus *Johannes* usque ad recuperationem castri tenebit & bona que *Guntherus de Nigenborch* miles castellanus novi castri nostri te-

 net

net in pignore, idem *Johannes* quando vult poterit pro ſeptuaginta marcis Bremenſis argenti ab ipſo redimere & usque ad recuperationem caſtri tenere, nec etiam triginta marcas Bremenſis argenti in quibus ei tenemur debet vel poteſt a nobis exigere quamdiu ipſum caſtrum detinet obligatum, ſed in recuperatione caſtri triginta marce predicte prefato *Johanni* aut ſuis heredibus cum principali pecunia perſolventur & ipſe *Johannes* pro ſeptuaginta marcis jam predictis cautionem congruam & uſualem accipiet ſibi videlicet poſt annum a tempore quo caſtrum reſtitutum fuerit, perſolvendis, qua cautione facta tam caſtrum quam & bona hujusmodi libere reſtituentur ut jam ſepius eſt premiſſum, Item ſi nos aut eccleſiam noſtram cum comitibus Hoyenſibus guerram habere contigerit prefatus *Johannes* & ſui adjutores nobis & eccleſie noſtre aſtabunt & de caſtro ſepedicto fideliter nos juvabunt contra prefatos comites vel alterum ipſorum & contra eorum quoslibet adjutores, dummodo ipſi *Johanni* & ſuis de indempnitatibus tam caſtri, quam vite & rerum ſuarum cautionem nobis poſſibilem faciamus, invaleſcente autem hujusmodi diſcordia idem *Johannes* vel ſui heredes & ſucceſſores nos & noſtros ac Eccleſie noſtre adjutores intromittent ad caſtrum predictum & exire permittent quotienscunque nobis & noſtris viſum fuerit expedire, tertiam quoque partem depactionis que vulgo *Dingetale* dicitur quantum ad ipſum caſtrum pertinet idem *Johannes* tollet quam ſibi preſentibus aſſignamus, adjectum eſt etiam quodſi prefatum *Johannem* vel ſuos heredes &

& successores castrum predictum in nostro servitio quod absit perdere contingeret, nos eisdem tenebimur ad solutionem pecunie pretaxate, si vero preter nostrum obsequium ipsum castrum perdiderint perdicio castri ad nos & ad eos pecunie perdicio pertinebit, ipsumque *Johannem* hujusmodi obligatione durante quantum possumus pro jure suo tuebimur & pro ipso tamquam pro Castellano nostro fideli placitabimus *) ubicunque visum fuerit expedire. Igitur in testimonium & evidentiam omnium predictorum sigillum nostrum presentibus est appensum. *Actum ordinatum & terminatum Lubbike* circa quindenam post octavam *Epiphanie* Domini Anno ejusdem millesimo tricentesimo septimo. *Datum* vero *Minde* quarto decimo Kalendas Julij Anno Domini Millesimo tricentesimo octavo. **) Igitur ad observandum inviolabiliter & faciendum omnia & singula que pariter aut divisim de nobis & nostris heredibus in predictis litteris

*) In judicio contendemus.

**) Haec subscriptio pro re Diplomatica probe observanda; Alio enim subin tempore Res peracta alio dein in ipsa charta consignata vel data fuit, ut hic videre est. Unum adhuc subjicimus exemplum ex *Erath Codice Quedlinburg. Diplom. pag. 183.* ubi ex *Leuckfeldi Antiqu. Praemonstr. pag. 50.* adducitur charta *Meynhardi* Episcopi Halberstat. de duobus mansis in villa *Sehusen.* Subscribitur haec charta: Actum apud altam arborem anno millesimo ducentesimo quinquagesimo. *Datum Halberstad.* XVII. Kal. Oct. vid. *prefatio Tomi X. Subsidior. post Diploma XLIX.*

ris continentur, prefato Domino noſtro Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus aut capitulo Mindenſi pro nobis & pro noſtris heredibus ſupradictis ſub tenore litterarum preſentium firmiter obligamur fide ſuper hiis a nobis principaliter videlicet *Johanne* & *Rabodone* militibus antedictis preſtita corporali fidejuſſoribus etiam poſitis qui pro nobis hec eadem per omnia promiſerunt, quorum nomina ſunt hec *Arnoldus de Haveresforde Richardus Vos Dethardus de Slon Ludolphus Weſtfal & Johannes de Dungherden* milites *Conradus* filius *Johannis* militis *de Lubbeke Engelbertus de Lutteren Rabodo de Lubbeke Jordanus de Oldendorpp Johannes de Stretinchuſen Rembertus Dimel Stacius de Monichuſen Jordanus Vos Arnoldus Imbuſ Albertus Sabel Johannes Suoff Conradus de Ekerſten Gherardus de Ufflen Theodericus de Griſchop & Gherardus Schele* famuli, & hii quidem ſe preſentibus inſcribi fecerunt ſigillis noſtris contenti, quia pro majori parte ſigillis propriis caruerunt, Nos vero *Johannes* videlicet & *Rabodo* milites ſepedicti ſigilla noſtra pariter & diviſim in omnium premiſſorum evidentiam & teſtimonium preſenti pagine duximus apponenda. Datum *Minde* tertio decimo Kalendas Julij Anno Domini Milleſimo tricenteſimo octavo.

19. Junij.

LXXII.

SUPER EODEM CASTRO *STEYGERBERCH.*

Ego *Richardus* dictus *Vos* miles qui superius in instrumento super obligatione Castri *Steygerberch* confecto cui littera ista transfigitur fidejussoris loco sum positus protestor & in eadem littera recognosco quod de consensu & voluntate *Johannis de Lubbeke* militis superscripti *Rabodo* dictus *Schele* miles qui cum ipso *Johanne* superius inscribitur principalis ab hujusmodi principalitate recessit & meum locum scilicet fidejussoris nomine subintravit astrictus ad omnia que per me tamquam fidejussorem fieri debuerunt, Ego vero me in locum suum viceversa constitui & in hiis scriptis constituo ita quod ubicumque fit mentio superius de *Rabodone* & suis heredibus hoc de me & meis heredibus intelligi debet & accipi astringendo me ad omnia & singula faciendum & observandum ad que dictus *Rabodo* una cum predicto *Johanne* pariter aut etiam divisim pro se fuerat obligatus, In hujus vero immutationis testimonium sigillum meum apposui presenti littere instrumento predicto transfixe cui etiam & Ego *Johannes de Lubbeke* jam predictus in mei consensus & premissorum omnium testimonium sigillum meum duxi similiter apponendum. Datum *Minde* Idus Julij Anno Domini Millesimo tricentesimo octavo. 15. Jul.

LXXIII.

SUPER ADVOCATIA DUORUM MANSORUM IN *MARTESLO*.

W*edekindus* nobilis advocatus de *Monte Wedekindus* primogenitus ejus recognoſcimus & tenore preſencium publice proteſtamur quod de conſenſu & plena voluntate *Lyſen* noſtre conthoralis ac matris *Wedekindi Gherardi* Canonicorum ecclefie Mindenſis *Hinrici Bernhardi & Simonis* filiorum ac fratrum ceterorumque noſtrorum verorum heredum advocatiam que nobis competit compeciit ſeu competere poterit in duobus manſis ſitis juxta *Merteslo* in Campo Mindenſi quos honorabiles viri Prepoſitus Decanus & Capitulum ecclefie Mindenſis a *Ludolpho Dethardo* fratribus ac *Juſtacio* ejusdem *Ludolphi* filio dicti de *Slon* famulis pro octoginta marcis Bremenſis argenti ſibi emerunt dedimus donavimus damus & conferimus eisdem Prepoſito Decano & Capitulo antedictis absque impeticione alicujus advocacie libere & pacifice perpetuis temporibus poſſidendam. In cujus rei evidentiam & certitudinem ampliorem ſigilla noſtra pro nobis uxore matre filiis fratribus ceterisque veris noſtris heredibus in quibus & nos heredes contentamur preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini Milleſimo tricenteſimo triceſimo nono in Dominica palmarum. 23. Mart.

LXXIV.

LXXIV.

SUPER DECIMA IN *ODERINHUSEN*.

Universis presentia visuris seu audituris Ego *Johannes de Gropelinge Albeydis* uxor mea ac mei justi heredes recognoscimus & presentibus publice protestamur, quod nos nichil juris habemus in decima in *Oderinghusen* sed quod eam tenemus titulo pignoris obligatam a Reverendo patre & Domino *Godefrido* Mindensis Ecclesie Episcopo de consensu Capituli pro centum marcis Bremensis argenti quarum quadraginta expendimus pro redemptione ejusdem decime & sexaginta ab ipso Patre & Domino Mindensis ecclesie Episcopo nobis ratione dampnorum que pro ecclesia sustinuimus sunt persoluta cum conditionibus que subsequuntur videlicet quod ipse Dominus Episcopus vel sui successores dictam decimam quolibet anno possunt redimere infra festum Penthecostes & *Jacobi* pro memorate pecunie quantitate, adjectum est etiam quod Ego *Johannes* cum decem dextrariis falleratis servire debeam Capitulo quantum ad unam expeditionem quando a Preposito majori *Wedikindo de Osen Hermanno de Mandeslo Pruningo de Endel* vel ab uno eorum fuero requisitus, expeditione completa cum tribus famulis armatis cum caballis ego dictis Dominis durantibus eorum discordiis ad serviendum eis fideliter me obligo per presentes. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Actum & Datum *Minde* in vigilia beati *Mathei* Apostoli Anno Domini Millesimo tricentesimo nono. 20. Sept.

LXXV.

SUPER BONA MELLIS IN *LAUESLO.*

Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerint quod nos *Gherardus & Conradus* fratres de *Stumppenhusen* & nostri veri heredes dabimus ad redimendum a Domino *Gherardo* nobili advocato de *Monte* & *Wydekindo* ejus filio vel eorum justis heredibus bona sita in *Laueslo* que vocantur bona mellis seu vulgariter honiggud cum omnibus suis attinentiis quolibet anno cum requisierint pro viginti quatuor marcis Bremensis argenti absque contradictione, & ut prenotata robur obtineant firmitatis presens scriptum quia proprio sigillo caremus, cum sigillo Domini *Ottonis* Comitis de *Hoya* petivimus communiri. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo feria sexta ante diem *cathedre Petri.* 16. Jan.

LXXVI.

SUPER DESTRUCTIONE CASTRI IN *LASWERDER.*

Nos *Gherardus & Otto* fratres Dei gratia comites in *Hoya* recognoscimus & tenore presencium

cium proteſtamur quod ad deſtruendum caſtrum noviter per *Hinricum de Monchuſen* militem fundatum *in inſula* dicta *Laswerder* confederati ſumus Reverendo in Chriſto Patri Domino *Gotfrido* Mindenſis eccleſie Epiſcopo videlicet in hunc modum quod ad dicti caſtri deſtructionem totis viribus laborabimus & invicem fideliter juvabimus contra quemlibet hujusmodi deſtructioni ſe hoſtiliter opponentem & ipſum caſtrum ſi favente Domino expugnari ſeu capi contigerit ac etiam aliud ſeu alia caſtra vel edificia ſi qua forte in obſidionem prefati caſtri *Lasborch* ab aliquo noſtrum locata fuiſſent ſtatim & pariter deſtruemus nec alicui noſtrum in eadem *Inſula* ſupradicta caſtrum aut munitionem aliquam impoſterum fundare licebit, ſed cuicumque caſtrum aut munitionem ibidem fundare volenti unanimiter reſiſtemus, igitur ad obſervationem inviolabilem omnium premiſſorum Reverendo Domino Epiſcopo ſupradicto fide ſuper hiis preſtita corporali ſub ſigillorum noſtrorum teſtimonio preſentibus obligamur.

Datum quinto Idus Auguſti Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo.

9. Aug.

LXXVII.

LXXVII.

SUPER CASTRO *LASWERDER* DESTRUENDO.

Nos *Adolphus* Dei gratia Comes *Holtzatie* & in *Schouwenborch* recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur quod ad deſtruendum caſtrum noviter per *Hinricum de Monichuſen* militem fundatum in *Inſula* dicta *Laswerder* confederati ſumus Reverendo in Chriſto Patri Domino *Godefrido* Mindenſis eccleſie Epiſcopo in hunc modum quod ad dicti caſtri deſtructionem totis viribus laborabimus & invicem fideliter juvabimus contra quemlibet ſe hujusmodi deſtructioni hoſtiliter opponentem & ipſum caſtrum ſi favente Domino capi vel expugnari contigerit ac etiam aliud ſeu alia caſtra vel edificia ſi qua forte in obſidionem prefati caſtri *Lasborch* ab aliquo noſtrum locata fuiſſent ſtatim & pariter deſignemus nec alicui noſtrum in *Inſula* predicta caſtrum aut munitionem aliquam impoſterum fundare licebit, ſed cuicunque caſtrum aut munitonem ibidem fundare volenti unanimiter reſiſtemus, ſuper omni vero discordia jam oborta ſeu adhuc oritura occaſione caſtri predicti nullus noſtrum absque alterius conſenſu treugas vel compoſitionem aliquam acceptabit, igitur ad obſervationem inviolabilem omnium premiſſorum Reverendo Domino Epiſcopo ſupradicta fide ſuper hiis invicem preſtita corporali ſub ſigilli noſtri teſtimonio preſentibus obligamur.

Da-

Datum quinto nonas Martij Anno Domini Millesimo tricentesimo undecimo.

3. Martij.

LXXVIII.

SUPER INDAGINE *NORTSELE*.

Nos *Adolphus* Dei gratia Comes *Holtzatie* & *Schouwenborgh* recognoscimus in hiis scriptis & publice protestamur quod terciam partem de dimidietate indaginis *Nortsele*, quam a *Griphone* nostro Burgensi in *Grevenalvesbagen* obligatam tenemus pro nonaginta marcis Bremensis argenti Reverendo Domino nostro *Godefrido* seu Capitulo ecclesie Mindensis reddere debemus & tenemur sine quolibet contradicto quando dictus Dominus noster Episcopus sive Capitulum nobis vel heredibus nostris dederint & in prompto solverint nonaginta marcas argenti prenotati. In cujus rei noticiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in *Indagine* Anno Domini Millesimo tricentesimo duodecimo in crastino *Johannis ante portam latinam*. 7. Maji.

LXXIX.

DE CASTRO *STEYGERBERCH.*

Ego *Johannes de Lubbeke* miles recognoſco tenore preſentium & proteſtor quod pro indempnitate facienda eccleſie Mindenſi de caſtro *Steygerberch* quandocunque requiſitus fuero ex parte ipſius eccleſie infra quindenam a requiſitione factam efficere finaliter & procurare tenebor, quod *Johannes* Cantor Mindenſis & *Conradus* filii mei nec non *Thidericus Rabodo & Lyborius* fratres mei ad hoc ex parte mea deputati una cum ibi adjunctis ex parte eccleſie Mindenſis videlicet honorabilibus Dominis *Bruningo* Decano *Bernhardo de Lipp* Theſaurario *Hermanno de Hardenberg* cellerario *Lodewico* Prepoſito ſancti *Martini* Mindenſis & *Lodewico de Engelingeborſtelde* milite jurare debebunt corporaliter quod poſt mortem meam caſtrum *Staygerberch* recipient & fideliter tenebunt ad manus eccleſie Mindenſis & nulli preterquam eccleſie Mindenſi tradent recuperandum & ipſam recuperationem Domino Epiſcopo Mindenſi qui pro tempore fuerit & eccleſie ſue nullo tempore denegabunt videlicet pro ſeptingentis quiquaginta ſeptem marcis Bremenſis argenti niſi per me viventem aliquid fuerit ſpecialiter defalcatum, preterea ſub eodem requiſicionis termino procurabo quod omnes Caſtellani in *Stayngerberghe* prenominati decem preſtabunt corporaliter juramentum fidelitatis de cuſtodia caſtri *Stayngerberg* quod vulgariter dicitur *Borchbode* *) ad manus eccleſie Min-

*) Burg-huth. Cuſtodia Caſtri.

Mindenſis poſt mortem noſtram inviolabiliter obſervande, ſi vero de quinque prenominatis ex parte mei vel etiam de Caſtellanis predictis me vivente quocumque modo aliquem vel aliquos cedere vel decedere contigerit alium vel alios in locum ipſorum infra quindenam poſtquam requiſitus fuero ſubrogabo ad faciendum ſimilia & ſervandum quicquid de cedentibus vel decedentibus ſuperius eſt expreſſum, Item etiam ſi quos in dicto caſtro de novo Caſtellanos aſſumpſero, illos omnes preſtare facimus juramentum fidelitatis quod alii preſtiterunt dum requiſitus fuero ſicut ſupra, Ceterum ſpecialiter tamen tenebor quod me vivente nullum dampnum alicui Epiſcopo Mindenſi vel ſue eccleſie de predicto Caſtro quomodolibet irrogetur, & ad hec omnia & ſingula premiſſa efficienda & inviolabiliter obſervanda Reverendo Domino *Godefrido* Epiſcopo Mindenſi & ejus eccleſie ſub juramento & fide corporaliter preſtitis tenore preſentium me aſtringo. In quorum teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſtappenſum.. Datum *Minde* ſec. Idus Septembris Anno Domini Milleſimo trecenteſimo tercio decimo.

12. Sept.

LXXX.

SUPER TRIBUS DOMIBUS IN *WENEMOSEN* ET UNA IN *LOUESLO.*

Nos *Gherardus* & *Conradus* fratres dicti de *Stumpenhuſen* notum facimus omnibus preſen-

sentia visuris seu audituris quod *Ger.* & *Wy.* nobiles advocati de *Monte* cum consensu suorum heredum nobis redditus suos mellis videlicet trium domorum in *Wenemosen* qui redditus solvunt XXVI. solidos Mindenses & proventus unius domus in *Loueslo* & nostris heredibus pro viginti quatuor marcis argenti & ponderis Mindensis vendiderunt sub tali condicione quod jam dicti nobiles *G.* & *W.* advocati & eorum heredes hujusmodi redditus & proventus a nobis & a nostris heredibus possunt reemere singulis annis infra festum beati *Martini* & festum Purificationis beate *Marie* virginis pro viginti quatuor marcis memoratis & quia nos sepedicti G. & *W.* fratres propria sigilla non habemus, sigillo *Johannis de Eck* militis presentem in testimonium litteram jussimus roborari, Datum ipso die Purificationis sancte *Marie* virginis Anno Domini Millesimo tricentesimo quarto decimo.

2. Febr.

LXXXI.

SUPER DECIMA IN *WYNBRUCKE* ET VILLICATIONE IN *LO* REDIMENDA.

Gotfridus *) Dei gratia Mindensis ecclesie Episcopus omnibus hoc scriptum visuris notum facimus quod nos decimam in *Wynbrucke* pro viginti marcis Bremensis argenti & villicationem nostram in *Lo* pro centum octuaginta marcis Bremen-

*) de *Waldegge*.

mensis argenti *Haynecken de Monchbusen* militi *Hille* sue uxori ac justis eorum heredibus titulo pignoris obligamus tali condicione adjecta quod nos vel successores nostri decimam predictam & villicationem quolibet anno infra octavam Nativitatis sancti *Johannis Baptiste* possumus redimere pro eadem pecunie quantitate videlicet decimam pro viginti marcis Bremensium denar. villicationem in *Lo* centum octoginta marcis Bremens. prout hoc nobis & nostris successoribus fuerit opportunum, dictique *Haynecke Hilla* & justi eorum heredes ipsas poterunt cum hac litteras licite alii cuicunque pro dicta pecunia obligare excepto Comite *Hoyen* & aliis nobilibus Dominis quibus non debet dictam decimam & villicationem obligare. Ceterum facultas redimendi ut est premissum de tempore cujuslibet anni nobis libera remanebit, hec obligatio de consensu Capituli nostri facta est & presens scriptum super hoc confecimus nostro & ipsius capituli nostri sigillis est munitum, Datum & actum in die sancte *Ghertrudis* Anno Domini Millesimo tricentesimo quarto decimo.

17. Mart.

LXXXII.

SUPER CERTIS BONIS IN *STOKEM.*

Nos *Godefridus* Dei gratia Episcopus ecclesie Mindensis recognoscimus & tenore presencium protestamur quod *Johannem* dictum

Toruen

Toruen famulum ministerialem ecclesie nostre nec non *Godefridum* fratrem ipsius infeodavimus de tribus mansis cum decima & duabus casis in *Stockem* prope fluvium *Alre* salvo tamen usufructu in bonis eisdem relicte quondam *Alberti* dicti *Toruen* & etiam eosdem fratres infeodavimus de dimidia decima in *Woldendorpe* salvo similiter usufructu ipsius decime relicte quondam *Alberti* dicti *Toruen* senioris quibus usufructibus expirantibus bona premissa jure feodi cedent fratribus antedictis pro qua infeodacione dicti fratres nos & ecclesiam nostram de septuaginta duabus marcis Bremensis argenti quitos pronuntiaverunt liberaliter & solutos, quam quidem summam ipsis adhuc de residuo solvere tenebamur, videlicet pro dampnis que in obsequio nostro & ecclesie captivati & exactionati strenue pertulerunt, In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Minde* octavo Kalendas Maji Anno Domini Millesimo tricentesimo quarto decimo. 24. Apr.

LXXXIII.

SUPER FIDELITATE CONSULATUS IN *WUNSTORPE.*

Universus ad quorum noticiam iste littere pervenerint nos consules ac universitas Oppidanorum in *Wunstorpp* recognoscimus in eisdem quod Reverendo in Christo Patri ac Domino nostro Domino

mino *Godefrido* Episcopo Mindensi & ecclesie sue presentialiter juravimus & fidem corporalem cum libera voluntate prestitimus videlicet quod ipsis fidelitatem integram observabimus & eisdem firmiter astabimus quocienscunque fuerit oportunum, nec unquam opidum *Wunstorpp* alicui reserabimus nisi cum prefati Domini nostri Episcopi & ecclesie sue voluntate fuerit vel consensu, donec inter ecclesiam Mindensem & comitem *Wunstorpensem* ac suos heredes amicabiliter componatur, que compositio si quandoque forsan intervenerit ex tunc sicut ex nunc quicquid Dominus noster Episcopus nobis injunxerit penitus faciemus, ad que singula inviolabiliter observanda eidem Domino nostro Episcopo successoribus suis & ecclesie Mindensi nos universitatem nostram & successores nostros in perpetuum sub juramento & fidei datione predictis tenore litterarum presencium obligamus, quibus sigillum universitatis nostre in premissorum testimonium est appensum. Datum in *Wunstorpe* sexto Kalendas Junij Anno Domini Millesimo tricentesimo quarto decimo.

27. Maji.

LXXXVI.

SUPER BONIS IN *BORNE*.

Nos *Bruninghus* Decanus ecclesie Mindensis *Hermannus de Hardenberg* Cellerarius & *Johannes* thesaurarius ejusdem ecc[illegible]e nec non *Jo-*

 han-

hannes de *Lubbeke* miles recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur quod *Reynhardus* miles dictus *Hadhe* in noſtra preſencia recognovit quod in bonis eccleſie Mindenſis ſitis in loco qui *Borne* dicitur uſufructum haberent ad vite ſue tempora poſſidendum & quod eo defuncto eadem bona vacarent eccleſie memorate, ut igitur Ven. in Chriſto Pater Dominus noſter Dominus *Godefridus* Mindenſis Epiſcopus eundem *Rychardum* militem uſufructu predicto pacifice frui permitteret placitamus & ordinamus inter Dominum noſtrum & militem jam predictum ut utriusque ipſorum conſenſu quod idem miles uſufructum in dictis bonis pacifice poſſidet ita tamen quod pro eo in *Petershagen* Caſtellanus eſſe deberet & ipſo defuncto ecclesia Mindenſis bonis eisdem libere potiretur unde prefatus Dominus noſter Epiſcopus ipſum militem jam in Caſtellanum in *Petershagen* aſſumpſit juxta ordinationem premiſſam. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum *Minde* nona Kalendas Decembris Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quarto decimo. 23. Nov.

LXXXV.

SUPER CASTRUM *STEYGERBERCH* CUM SUIS ATTINENTIIS.

Nos *Otto* Dei gratia Comes de *Hoya* univerſis ad quorum notitiam preſentes littere pervene-

ne-

nerint recognoscimus in eisdem quod in obsequium Reverendi Domini *Godefridi* Episcopi Mindensis & ecclesie sue nos dedimus ita quod sibi & ecclesie sue auxiliis ubilibet opportunis astabimus & contra quemlibet honore salvo fideliter ipsos juvabimus illustri principe ac Domino nostro Domino *Ottone de Lunenborch* & dilecto consanguineo nostro *Rodolpho* nobili de *Dessbolte* tantum exceptis, Idem enim Dominus noster Episcopus Castrum suum *Steygerberch* cum advocatia & bonis ad ipsum castrum spectantibus nobis obligavit pro octingentis marcis Bremensis argenti sicut dominus *Johannes de Lubbeke* miles ipsum obligatum habet ad vite nostre tempora possidendum adjciendo nobis etiam propter obsequium nostrum predictum quadringentas marcas Bremensis argenti computandas in obligatione predicta ita quod pro mille ducentis marcis Bremensis argenti dictum castrum tenebimus obligatum porro, post mortem nostram idem Dominus noster Episcopus & successores ipsius & capitulum Mindense quovis tempore recuperandi castrum suum predictum ab heredibus nostris habebunt liberam facultatem nec ipsi heredes nostri Castrum predictum cum omni juris integritate ecclesie restituere quomodolibet denegabunt, pro majori autem hujus redditionis certitudine prefato Domino nostro Episcopo dum a nobis suo nomine fuerit requisitum infra quindenam post requisitionem hujusmodi proxime subsequentem per decem nostros milites & famulos sufficientem fidejussoriam tenemur facere cautionem, si vero quod absit aliquam in-

ter

ter nos controversiam vel discordiam suboriri contigerit, illam quatuor milites nostri scilicet duo ex parte Domini Episcopi & duo ex parte nostri sedabunt in amicitia vel in jure quorum ordinationi omnino stare tenebimur utrobique, preterea si prefatus *Johannes de Lubbeke* miles recuperationem sive deobligationem ipsius castri *Steygerberch* ad requisitionem predicti Domini Episcopi denegaret, quandocunque idem Dominus noster a nobis exegerit, ex tunc infra quindenam proximam Castrum *Steygerberch* una cum ipso Domino nostro Episcopo vallabimus & ipsum pariter obsidebimus ab ipso nullatenus recessuri donec ipsum Castrum in nostram pervenerit potestatem ubicunque vero idem miles vel a quocunque fuerit receptatus sive defensus & quicunque de suo facto seu negotio defendendo se quomodolibet intromiserint contra illum & illos hostiles inimicitias tenebimur exercere nec uterque nostrum absque alterius voluntate treugas cum eis vel amicitiam quomodolibet acceptabit, igitur ad observationem inviolabilem omnium premissorum Reverendo Domino nostro predicto & ecclesie sue fide corporaliter prestita nos presentibus obligamus & insuper alia quecunque inter nos placitata seu ordinata preter ea que in presentibus litteris sunt premissa, super quibus videlicet ex parte ipsius Domini Episcopi Viri discreti *Lodewicus de Endelingeborstelde* miles Dominus *Bruninghus* Decanus ecclesie Mindensis & *Hardevicus* miles filii sui *Hinricus de Monichusen* miles & *Hinricus de Horst* famulus, ex parte vero nostri *Fredericus* dictus *Bosch Johannes de Eck*

Al-

Albardus dictus *Clencok* & *Johannes* dictus *Selcop* milites strenui de jussu & voluntate nostra fidem corporalem pro nobis mutuo sibi dederunt illa omnia secundum eorundem militum & famuli dicta tenemur firmiter observare ac fideliter adimplere. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in *Hoya* ipso die sancti *Brictii* Episcopi Anno Domini Millesimo trecentesimo quinto decimo.

13. Nov.

LXXXVI.

SUPER CASTRUM *MILDENBERGE.*

Ego *Harbordus de Mandeslo* miles omnibus ad quorum noticiam presens littera pervenerit publice recognosco, quod cum castro *Mildenberge* michi a Reverendo Domino meo Domino *Godefrido* Episcopo ecclesie Mindensis impignorato quamdiu ipsum castrum in mea fuerit potestate fideliter servire tenebor eidem Domino meo Episcopo & ecclesie sue pro voluntate ac necessitate sua quando & ubicumque ipsis fuerit opportunum, preterea quandocunque michi aut meis heredibus recuperatio castri prenuntiata fuerit ex tunc post sedecim septimanas proximas, quando pecunia obligationis contenta in litteris ejusdem Domini mei Episcopi michi ex parte ipsius Domini Episcopi aut ecclesie sue nobis fuerit persoluta, Castrum predictum libere sine contradictione restitui debet

Domino Episcopo sepedicto & ecclesie sue, ita tamen quod mihi servabuntur articuli qui in ejusdem Domini mei Episcopi supradicti litteris continentur, Igitur ad hec omnia & singula premissa inviolabiliter observanda eidem Domino Episcopo & ecclesie sue me ac omnes meos heredes obligo sub datione fidei meo ac ipsorum nomine prestite In presenti littera meo sigillo in omnium premissorum testimonium sigillata. Datum feria quarta post diem sancti *Nicolai* Episcopi Anno Domini Millesimo tricentesimo quinto decimo.

10. Dec.

LXXXVII.

SUPER DECIMA VILLE *STEUBEKE* MOLENDINO ET UNO MANSO IBID.

Nos *Luderus* miles & *Henricus Eckehardus* ac *Hermannus* famuli fratres dicti de *Hanense* recognoscimus & publice protestamur presentium testimonio litterarum *Gherardum* nobilem advocatum de *Monte* cum consensu & unanimi voluntate filii sui *Wedekindi* ac ceterorum suorum heredum decimam in villa *Steubeke* cum molendino atque uno manso sito ibidem simulque cum omnibus pertinentiis scilicet in silvis vel in campis pro decem marcis Bremensis argenti nobis & nostris uxoribus ceterisque nostris heredibus veris & legitimis obligasse modo vero condicionis interposito quandocunque predictus *Gh.* nobilis vel suus filius *We-*

de

dekindus aut ceteri ſui heredes nobis prefatam pecuniam infra Dominicam qua cantatur *Letare* & octavas paſche preſentaverint ad ipſos ſepedicta bona cum omnibus attinentiis revertentur libere & ſolute & impedimento aliquo procul moto. Preterea eſt adjectum ut cuicumque fratrum noſtrorum vel uxorum aut noſtrorum heredum prefata ſummula pecunie in termino predicto preſentata fuerit predictus *Gherardus* nobilis & ſui heredes manebunt liberi ac ſoluti & ſepedicta bona cum univerſis pertinentiis ad ipſos libere revertentur quemadmodum eſt ſuperius ordinatum, ut autem hec rata permaneant & inconvulſa & ne ab aliquo violentur preſentem cartulam ſuper hoc conſcriptam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum Anno gratie Milleſimo tricenteſimo ſexto decimo Craſtino *Tiburcii & Valeriani* Martirum.

15. Apr.

LXXXVIII.

SUPER DECIMA IN *SUICBER*.

Omnibus preſentia viſuris & audituris Nos *Fredericus Woltberus Alberus Lodewicus & Eccbericus* fratres carnales dicti *Poſche* in hiis ſcriptis publice proteſtamur quod in decima *Suicber Woltbero* predicto militi noſtro fratri locata ad tempora ſue vite pro annua penſione ſcilicet plauſtrata annone poſt mortem ipſius nobis & noſtris heredibus nichil juris vendicabimus &

ascribemus sed libera & integra ad Capitulum Mindensis ecclesie a quo ipsi locata est revertetur. In cujus testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum & datum feria quinta post *Marci* Ewangeliste Anno Domini Millesimo tricetensimo sexto decimo.

29. Apr.

LXXXIX.

SUPER TRIBUS MANSIS IN *BODENDORP*.

Soror *Berta* priorissa totusque conventus sororum inclusarum apud sanctam *Mariam* novi opidi *Lemego* salutem, noverint presentia visuri quod Capitulum majoris Ecclesie Mindensis de consensu venerabilis Domini Episcopi sui talem permutationis contractum cum nostro conventu ad utilitatem utriusque concorditer inierunt, quod Capitulum antedictum acceptis a nobis tribus mansis cum omnibus juribus suis in *Bodendorpe* tres mansos in *Luthen* juste permutationis titulo nobis possidendos perpetuo tradiderunt. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostrum videlicet ac priorisse nostre presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo sexto in Octava Apostolorum *Petri & Pauli*.

6. Jul.

XC.

XC.

SUPER UNA CURIA IN *BARCLAGE*.

Nos *Johannes de Monchedorpe Gherdrudis* uxor ejusdem *Gherardi* & *Waburgis* pueri ipsius *Gherardi de Bernhardo* sartore cive quondam Mindensi protestamur & recognoscimus in hiis scriptis, quo curiam in *Barclage* quam nobilis domicellus videlicet advocatus de *Monte* nobis pro viginti duabus marcis Bremensis argenti titulo pignoris obligavit, poterit idem domicellus nunc transactis quatuor annis a festo beati *Michaelis* proximo pro eadem summa pecunie quolibet anno redimere, sed debet nobis redemptionem in festo purificationis beate virginis illius anni quo vult & potest redimere finaliter indicare ac deinde nobis pecuniam nostram exsolvere & reddere in festo pasche continuo subsequenti & huic ordinationi postreme intererant honorabiles viri Dominus *Bruningus* Decanus videlicet Prepositus Hamelensis *Johannes Schele* Canonici Mindenses Item *Borchardus Cruse Albertus Burmester* Cives Mindenses ad majorem evidentiam hujus facti Nosque Dominus *Bruningus* Decanus predictus sigillum nostrum ad preces eorum appendimus in testimonium huic scripto. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo sexto decimo ipso die *Vincula Petri*. 1. Aug.

XCI.

SUPER CURIA *SUTSEN.*

Nos *Rembertus* famulus de *Aldendorpe & Bertha* ejus uxor recognoſcimus per preſentes quod *Gherardus & Wydekindus* ejus filius nobiles Domini de *Monte* redimere poſſunt a nobis & a noſtris veris heredibus medietatem curie *Sutſen* pro triginta marcis Bremenſ. quolibet anno infra paſche & Penthecoſtes feſtum ſine aliqua contradictione, ad quod proteſtandum Ego *Rembertus* ſupradictus preſentem litteram meo ſigillo dnxi roborandam. Datum Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſeptimo decimo die beati *Johannis Baptiſte.*

24. Jun.

XCII.

SUPER UNO MANSO IN CAMPO *MINDENSI.*

Godefridus Dei gratia Mindenſis eccleſie Epiſcopus omnibus preſens ſcriptum viſuris ſeriem cognoſcere rei geſte. Noverint univerſi quod Nos recepta reſignatione unius manſi in campo Mindenſi extra valvam halredor ſiti a *Borchardo* dicto *Cruſe Mechtilde* uxore ſua pueris ac juſtis heredibus eorundem quem idem *Borchardus* a nobis jure tenuerat feodali conſentiento Capitulo noſtro ipſi capitulo eundem manſum cum propietate ac omni juris integritate aſſignavimus & teno-

re

presençium assignamus perpetuo possidendum nichil nobis juris in eodem manso vel nostris successoribus reservantes. In cujus rei testimonium nostrum ac Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum in octava *Laurentii* Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo septimo.

17. Aug.

XCIII.

SUPER UNO MANSO IN *ROTTORP*.

Nobili Domino suo *Gerbardo* Advocato de *Monte* *Arnoldus* dictus de *Vorenboltbe* famulus suus vasallus fidelis cum omni benivolentia debitum obsequium ac fidele, Voluntati vestre multum preclare presentibus innotesco me cum consensu unanimi & voluntate libera fratrum meorum videlicet Domini *Justacii de Vorenboltbe* militis nec non *Boldewini* famuli ac ipsorum verorum heredum resignantem vobis mansum quendam situm *Rottorpe* quem a vobis habeo collationis titulo per Dominum *Arnoldum de Bardeleve* militem vestrum vasallum fidelem presentium ostensorem sub hac vero conditionis forma dummodo *Herbordo* & *Conrado* famulis fratribus dictis de *Eckersten* ipsorumque veris heredibus eundem mansum porrigere post resignationem meam volueritis libere possidendum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Anno Domini

Mil-

Millesimo tricentesimo decimo septimo in die crastina beati *Gorgonii* martiris.

10. Sept.

XCIV.

SUPER XX. SOLIDIS DANDIS DE BONIS IN *LOSE*.

Nos *Francko Wilbelmus* fratres clerici de *Byssendorpe* & *Albeidis* soror nostra Osnaburgensis Dioc. recognoscimus & tenore presencium publice protestamur, quod nos & heredes nostros qui nobis de jure juxta formam Capituli ecclesie Mindensis infra scriptam succedere poterunt ad omnes articulos singulos & universos in eadem forma contentos juxta omnem sui formam tenore presentium obligamus, forma autem Capituli Mindensis super bonis nostris in *Lose* concepta & infra scripta talis est = Capitulum ecclesie Mindensis omnibus presens scriptum visuris ad perpetuam rei memoriam, Ea que judicio aut concordia terminantur, ut firma & illibata persistant nec in residive contentionis scrupulum relabantur expedit scripturarum apicibus eternari, ea propter notum facimus universis quod cum inter nos ex una & *Frankonem Willekinum* & *Albeydim* dictos de *Byssendorpe* Osnaburgensis diocesis super bonis nostris in *Lose* in eadem diocesi sitis mota fuisset aliquamdiu materia questionis mediante discreto viro Domino *Gobelino* Priore in *Iborch* intervenit compositio amicabilis sub

ſub modo & forma & condicionibus infra ſcriptis videlicet quod jam dictis *Frankoni Willikino & Albeydi* eadem bona cum omnibus ſuis juribus & attinentiis jure porreximus cenſuali ita videlicet quod unus eorumdem videlicet *Franko* ad preſens bona eadem poſſidebit & viginti ſolidos Osnaburgenſis monete ſingulis annis in vigilia omnium ſanctorum ex parte eorundem bonorum noſtro capitulo ſolvere tenebitur eo adjecto quodſi nuncius illa pecunia ſpoliatus aut alia quacunque negligentia perdiderit dampno in ſortem mittentis computato ipſe mittens nichilominus infra octo dies immediate ſubſequentes perſolvere debebit, nuncio tamen jurante quod per mittentem non ſteterit quo minus predicta pecunia fuerit ſoluta termino conſtituto ut ſic ſalvetur jus bona eadem poſſidentis, ſi autem prefata pecunia termino ſupradicto ſoluta non fuerit vel ſi perdita fuerit quemadmodum dictum eſt & infra octo dies poſt perditionem ſoluta non fuerit memorata bona in *Loſe* cum omnibus ſuis pertinentiis de jure & de facto ad capitulum noſtrum abſolute & libere revertentur occaſione qualibet pretermiſſa, dictus vero *Franko* ſeu alia perſona cui dicta bona in *Loſe* per capitulum noſtrum jure cenſuali prout ſupra exprimitur nunc ſunt porrecta ſive conceſſa quamdiu vivit ſeu aliquis ſucceſſorum ſuorum eadem bona a capitulo noſtro ſeu ab aliqua perſona de capitulo noſtro recipere non tenetur, adjectum eſt, etiam quod jam dicta bona cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis ſub pena premiſſa permanere debent integra & indiviſa & ſub una perſona, eo

ta-

tamen adjecto, quod si dictarum trium personarum predicta bona possidens sine herede decesserit frater suus ei succedet, similiter *Albeidis* soror eorundem fratribus succedere poterit si predicti fratres sine herede sive heredibus decedentibus non ad alios eorundem consanguineos vel heredes sed ad nostrum capitulum integraliter eadem bona in *Lose* & absque diminutione libere devolventur, adjectum est etiam quod permutationem quorumdam bonorum ad eadem bona in *Lose* pertinentium pro aliis bonis equipollentibus per *Gysebertum de Byssendorppe* bon. mem. quondam factam tenore presenciumi approbamus inhibentes nichilominus sub pena suprascripta ne de cetero predictorum bonorum in *Lose* permutatio vel divisio sine nostro consensu fiat, sed indivisa & integra permanebunt, preterea si contingat predictos fratres bona ad ipsos jure hereditario devoluta dividere & bona in *Lose* integraliter in partem *Willekini* in ipsa divisione fuerint devoluta, eundem *Willekinum* dum modo consensus fratris sui affuerit, habebimus pro predictorum bonorum possessore sub modo forma & condicionibus suprascriptis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum & Actum *Minde* Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo octavo feria secunda post Annuntiationem sancte *Marie* virginis gloriose, in cujus rei testimonium nostra videlicet *Franckonis* & *Willekini* quibus & soror nostra similiter utitur sigilla una cum *Boldewini* & *Everhardi* militum dictorum de *Varendorpe* presentibus sunt appensa. Et nos *Boldwinus* & *Ever-*

bar-

bardus milites supradicti de *Varendorppe* in recognitionem omnium premissorum a *Frankone* & *Willekino* predictis requisiti & specialiter rogati cum sigillis eorumdem sigilla nostra presenti scripto apposuimus in majoris certitudinis argumentum. Datum *Osenbrugge* Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo octavo feria secunda post Annuntiationem sancte *Marie* virginis gloriose.

27. Mart.

XCV.

SUPER UNA CURIA IN *REPHOLTHUSEN* ETC.

Ego *Rodolphus de Eck* miles universis ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit publice recognosco quod decima in *Repholtesen* & uno manso in *Heimme* sito que bona *Lyppoldus de Mandeslo* miles ab ecclesia Mindensi tenuit obligata pro quinquaginta marcis Bremensis argenti ad manus ecclesie Mindensis per me ab eodem milite recuperatis, insuper quinquaginta marcas Bremenses de dampnis que quondam pater meus & Ego in obsequiis ecclesie Mindensis necessario pertulimus defalcavi & ipsis penitus pro me & meis heredibus renuntiavi usufructum in decima & manso predictis a Reverendo Domino *Godefrido* Episcopo Mindensi cum Capituli sui consensu michi & *Dethardo* ac *Hinrico* filiis meis quoad vixerimus obtinendo prout in litteris nobis super eo datis ple-

plenius continetur nullo prorſus jure alicui poſt mortem noſtrum trium prenominatorum in bonis predictis quomodolibet reſervato, quia ex tunc bona hujusmodi pleno jure ad eccleſiam Mindenſem ſine contradictione cujuslibet libere devolventur. In cujus rei teſtimonium meum & *Johannis* fratris mei militis ſigilla preſentibus ſunt appenſa, Et Ego *Johannes de Eck* miles meum ſigillum fratris mei predicti ſigillo rogatus adjunxi pro premiſſorum omnium teſtimonio firmiori. Datum *Minde* in vigilia beati *Johannis Baptiſte* Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo octavo.

23. Junij.

XCVI.

SUPER OPPIDUM *MUNDER.*

Nos *Gherardus* miles & *Henricus* frater ſuus dicti de *Monte* pro nobis & pro noſtris legitimis heredibus univerſis recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur, quod jura jurisdictionem & homines eccleſie Mindenſis in Oppido *Mundere* ſibi competentes intus & extra nobis pro centum triginta marcis Bremenſis argenti per Reverendum Dominum noſtrum Dominum *Godefridum* Epiſcopum Mindensem titulo pignoris obligata prout littere nobis ſuper eo date plenius hoc declarant poſt lapſum anni preſentis quocumque tempore nobis ex parte Domini Epiſcopi quicumque pro tempore fuerit vel eccleſie ſue Mindenſis

pre-

prenuntiatum fuerit ad terminum unius anni recuperandi pro ſumma pecunie ſupradicte plenam ſine omni contradictione dabimus facultatem hujusmodi quoque jurisdictionem jura & homines prout melius poterimus dicta obligatione durante ipſi Eccleſie Mindenſi fideliter conſervabimus nullo penitus jure nobis aut noſtris heredibus in premiſſis obligatis ipſa obligatione reciſa quolibet reſervato, ad obſervationem autem inviolabilem predictorum ſub datione fidei noſtre nos prefato Domino Epiſcopo & Eccleſie ſue preſentibus obligamus, quibus noſtra ſigilla in amplius teſtimonium ſunt appenſa. Datum *Münder* ſexto Kalendas Octobris Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo octavo. 26. Sept.

XCVII.

SUPER TRIBUS MANSIS IN *LIMBERN* RECEPTIS IN FEUDUM.

Ego *Ludolphus* miles dictus de *Stoſſem* camerarius eccleſie Hildeſemenſis recognoſco preſentibus publice proteſtando quod tres manſos ſitos in villa que dicitur *Limbern* quos ab honeſto viro advocato dicto de *Monte* pheodali jure hactenus habui & poſſedi ad manus ipſius cum ſuis attinentiis reſigno tali conditione tamen interpoſita ſi predictos manſos eodem jure pheodali *Erneſto* famulo dicto de *Stockem* cum uſu fructibus conferre voluerit libere poſſidendos. Datum Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo octavo.

XCVIII.

SUPER REDDITIBUS DE OFFICIO *WIGENBEKE.*

Nos *Symon* nobilis vir Dominus de *Lippia* coram universis presentem litteram visuris seu audituris recognoscimus publice protestantes quod nos cum voluntate Domine *Albeydis* uxoris nostre Domini *Bernhardi* Padeburnensis & Mindensis ecclesiarum Prepositi Domini *Hinrici* Monasteriensis ecclesie scolastici *Ottonis Symonis & Bernhardi* junioris filiorum nostrorum & heredum de consensu demonstravimus & presentibus demonstramus nobili viro *Wedekindo* advocato de *Monte* Domine *Lyse* uxori sue legitime ac eorum heredibus decem marcharum redditus denariorum susacienfium Monasteriensium aut Osnaburgensium vel eis equivalentium ex Officio nostro *Wigenbeke* duobus terminis anni videlicet in die beati *Michaelis* nunc instante proximo sex marcas & quatuor marcas in die beate *Walburgis* peticionum tempore annuatim tollendos tamdiu & pacifice possidendos quousque nos aut heredes nostri redimamus ab ipsis redditus predictos pro centum marcis denariorum predictorum aut cum aliis denariis eisdem equiparantibus in valore quod facere poterimus quando nobis hoc videbitur expedire & in hujus rei testimonium dedimus ipsis has nostras litteras sigillo nostro Domine *Albaydis* & Domini *Bernhardi* Prepositi predicti pro nobis & nostris heredibus sigillatas, & Nos heredes predicti sub sigillis presentibus appensis de nostro consensu pleno premissa recogno-

cognoſcimus eſſe facta. Datum in caſtro noſtro *Brack* Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo nono ipſo die beati *Viti* martiris.

15. Jun.

XCIX.

SUPER ADVOCATIA MONTIS *WEDEGONIS.*

Nos *Dethardus de Slon* miles & *Ludolphus* ejus filius armiger ac alii ipſius veri heredes recognoſcimus tenore preſencium publice profitendo nos recepiſſe a nobilibus viris Domino *Gherardo* & Domicello *Wydekindo* advocatis de *Monte* viginti & quatuor marcas Bremenſis argenti pro quibus advocatia ſancte *Margarete* in monte *Widegonis* nobis fuit ab eisdem obligata facientes refutationem & plenum finem quitacionem & pactum de ulterius non petendo viginti quatuor marcas memoratas, nec nos nec aliquis noſtrum de ipſa advocatia vel aliquo jure ad ipſum ſpectante intromittemus amplius ullo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum mei *Dethardi* quo nos alii heredes utimur ad preſens preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini Milleſimo tricenteſimo decimo nono die Nativitatis ſancti *Johannis Baptiſte.*

24. Jun.

C.

SUPER DECIMIS NOVALIUM IN *HINNER-STENBORCH.*

Godefridus Dei gratia Episcopus ecclesie Mindensis dilecto in Christo plebano in *Osen* salutem in Domino, Veridicorum assertione percepimus silvam quandam ad opidanos in *Hinnersthenborch* spectantem in novalia redigi & esse redactam quorum decime cum ad nos & ecclesiam nostram pertinere noscantur, vobis committimus & districte mandamus, quatenus opidanos predictos aliosque parochianos vestros universos moneatis in ecclesia publice etiam sub pena excommunicacionis acrius inhibentes ne quis de ipsis decimis novalium absque nostro scitu & licentia speciali se quomodolibet intromittat, nos enim contra secus agentes dictam sentenciam districtius prosequemur, hujusmodi vero monitionem diebus festivis & Dominicis faciatis, donec in mandatis aliud vobis demus & post receptionem presencium infra quindenam si qui se de parochianis vestris opponant monitioni predicte ac etiam de ipsorum novalium qualitate vos ad noticiam nostram litteratorie vel personaliter cum redditione presencium deducatis. Datum *Minde* quinta decima Kalendas Augusti Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo nono.

18. Jul.

CI.

SUPER DECIMA IN *VELSTEDE.*

Nos *Hermannus Henricus Ludolphus* & *Arnoldus* fratres dicti *Kniggen* notum facimus universis & tenore presentium protestamur, quod cum nos & heredes nostri a Reverendo in Christo Patre ac Domino nostro Domino *Godefrido* Episcopo Mindensi per litteram suam infeodati sumus de decima in *Veltstede* & uno ibidem manso eadem tamen bona quolibet anno in festo sancte *Walburgis* per eundem Dominum Episcopum aut ecclesiam suam vel ipsorum nomine reemi seu recuperari possunt pro nonaginta marcis Bremensis argenti secundum continentiam littere supradicte cujus data cum hujus littere data concordat, nos autem dicte recuperationi contradicere non debemus, & si dicta pecunia ex parte Domini Episcopi aut Ecclesie exhibita forsan a nobis aut heredibus nostris indebite fuerit recusata ex tunc ipsa bona cum omni juris integritate ad ecclesiam Mindensem libere devolventur litteris etiam aliis si que forte nobis super bonis prescriptis in quacumque forma verborum date fuissent ex nunc non amodo valituris. In quorum omnium evidens testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum testimonio dedimus communitam, Datum in festo beati *Petri ad vincula* Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo nono. 1. Aug.

CII.

SUPER DECIMAM IN *OSTERLOSE* ET OFFICIUM IN *DYCH*.

Nos *Godefridus* Dei gratia Episcopus Ecclesie Mindensis notum facimus universis quod cum *Johannes* dictus *Nevel* & sui heredes bona subscripta tenerent a bone memorie quondam Domino *Volquino* Episcopo Predecessore nostro videlicet decimam in *Osterlese* & officium in *Dych* pro quadraginta sex marcis Bremensis argenti sibi titulo pignoris obligata prout in litteris obligationis dum ab eis exhibite fuerint, plenius apparebit, cogente nos evidenti ecclesie nostre necessitate receptis a *Ghisekone* filio predicti *Johannis Nevel* quinquaginta novem marcis Bremensis argenti prefatam decimam in *Osterlesse* nec non in Officium *Dych* prefata redditus duorum talentorum Mindensium cum decem porcis censualibus & quinque ovibus cum agnellis ipsorum in inventione sancte crucis annuatim de dicto officio exsolvendis eidem *Ghisekoni* & suis heredibus legitimis de consensu capituli nostri vendidimus in hunc modum, quod hujusmodi bona pro centum quinque marcis Bremensis argenti redimendi seu recuperandi post lapsum viginti quatuor annorum nunc instantium plenam & liberam reservamus nobis successoribus nostris & ecclesie Mindensi tenore presencium quovis tempore facultatem. Si vero prefato *Ghisekoni* & suis heredibus evidenti eos ad hoc necessitate cogente pecuniam sibi debitam rehabere placuerit, bona prefata Episcopo qui pro tempore fuerit & ecclesie

Mindensi primitus exhibere debebunt, qui si ea forte reemerint, poterunt ipsa bona premissa per hujusmodi quidem litteram cui voluerint exceptis Dominis & nobilibus obligare, dum tamen illi vel ille quibus hec obligatio facta fuerit litteratoriam sufficientem ecclesie nostre super eadem obligatione faciat vel faciant sicut ipse *Ghiseko* pro se ac suis heredibus prestitit cautionem. In quorum omnium testimonium nostrum & capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum *Minde* Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo nono in vigilia beati *Bartholomei* Apostoli.

23. Aug.

CIII.

SUPER DECIMA IN *OSTERLOSSE* ETC.

Ego *Gysero* dictus *Nevel* universis ad quorum noticiam hec littera pervenerit cum protestatione publica pro me ac pro meis legitimis heredibus universis notum facio quod cum bona Ecclesie Mindensis videlicet decima in *Osterlosse* ac in *Offer* in *Dych* reditus duorum talentorum Mindensium cum decem porcis censualibus & quinque ovibus cum ipsorum agnellis de *Offer* predicto in inventione sancte crucis annis singulis persolvendis, que quidem bona scilicet decima & offer. antedicta *Johannes* dictus *Nevel* meus videlicet predicti *Gyseronis* pater pro quadraginta sex marcis Bremensis argenti sibi dudum obligata tenuerat nunc a nobis vendicio-

 nis

nis titulo teneantur prout hoc littere super eo nobis tradite si requiritur plenius declarabunt post elapsum tamen viginti quatuor annorum nunc instantium reemendi seu recuperandi bona predicta pro centum quinque marcis Bremensis Argenti venerabilibus Dominis Episcopo & Capitulo Ecclesie Mindensis qui pro tempore fuerint facultas plena semper & libera reservatur, cui recuperationi nos non debemus nec aliqui nobis in ipsis bonis succedentes debent aliqualiter contraire, quod si forte fieret aut alias a nobis aut nostris Successoribus in bonis predictis acceptatum fuerit quod vergant in dampnum & prejudicium Ecclesie Mindensis & quod sit contra formam & articulos qui in datis nobis litteris continentur ex tunc bona premissa cum omni juris integritate ad Ecclesiam Mindensem libere devolventur. ad quorum observationem inviolabilem Ego *Gysero* predictus & mei heredes pro nobis & pro nostris successoribus Ecclesie Mindensis predicte sub sigilli mei testimonio presentibus obligamur. Datum Anno Domini Millesimo tridentesimo decimo nono in vigilia decollationis sancti *Johannis Baptiste.*

28. Aug.

CIV.

SUPER BONIS FEUDALIBUS IN *DUDENHUSEN* ET *HEMMYE*.

Nos *Hinricus de Eck* miles & *Hildegundis* uxor *Johannis de Eck* militis patris ipsius omnibus has litteras visuris notum facimus in eisdem quod cum de curia seu allodio Ecclesie Mindensis sita in *bunth* nec non in *Dudengehusen* & *Hemmye* mansis ad ipsam curiam spectantibus cum omnibus ad eadem bona pertinentibus per Reverendum Dominum nostrum *Gotfridum* Mindensem Episcopum inpheodati sumus ita quidem quod nos *Hinricus* ac *Hildegundis* predicti & mei *Hinrici* filii si quos genuero pheodum obtinere juste potentes usufructum equaliter quoad vixerimus in bonis habebimus antedictis prout in litteris ipsius Domini nostri Episcopi super eo datis expressius continetur, nulla etiam nobis aut alicui nostro nomine bona hujusmodi alienandi licentia nec etiam alicujus hereditarie successionis in eisdem posteritas aut impeticio reservatur, sed nobis qui premittimur defunctis eadem bona pleno jure ad Episcopum qui pro tempore fuerit & Ecclesiam Mindensem nullius contradictione in contrarium valitura libere revertentur, super quo ne cuiquam imposterum dubium oriatur, presens scriptum Ego *Hinricus* miles de *Eck* ac *Johannes* Ego pater ejus pro uxore mea predicta dedimus communitum nostrorum appendiculo sigillorum, recognoscens etiam *Johannes* Ego de *Eck* miles prescriptus sub eodem sigillo

meo appofito me renuntiaffe omni juri quod michi in bonis fupradictis quoad perfonam meam quomodo libet competebat, Datum *Minde* VII. Id. Januarii Anno Domini Millofimo tricentefimo vicefimo. 7. Jan.

CV.

SUPER CASTRUM GHERENBERCH.

Ego *Ludolphus* dictus *Weftfal* miles Reverendo Domino *Godefrido* Epifcopo Mindenfi & ecclefie fue pro cognatis meis videlicet Domino *Johanne* dicto *Weftfal & Luberto* fratre fuo ac ipforum heredibus ipfe fextus fidejuffor in folidum fide in hiis fcriptis data promitto quod omnem defectum fiquis in eisdem fratribus aut eorum heredibus quod abfit inventus fuerit fcilicet ex transgreffione feu negligenti obfervatione articulorum omnium contentorum in litteris ab eis datis ac receptis fuper facta fibi obligatione caftri *Gerenberch* fidejufforio nomine adimplere tenebor infra quindenam proximam poftquam ex parte Mindenfis ecclefie fuero requifitus. In cujus rei teftimonium dedi meo figillo hanc litteram figillatam. Datum Anno Domini Millefimo tricentefimo vicefimo in craftino fancti *Georgii* martiris.

24. Apr.

CVI.

CVI.

SUPER CASTRUM *GHERENBERCH.*

Nos *Johannes* miles & *Lubertus* famulus fratres dicti *Westphal* universis ad quorum noticiam presentes littere pervenerint protestamur & recognoscimus in eisdem quod cum castrum Ecclesie Mindensis dictum *Gherenberch* in Reverendo Domino nostro Domino *Godefrido* Mindensis Ecclesie Episcopo nobis & nostris heredibus legitimis obligatum titulo pignoris teneamus videlicet pro centum viginti marcis Bremensis argenti ac duodecim marcis consimilibus quas tamen juxta taxationem honorabilis viri Domini *Bruningi* Decani Ecclesie Mindensis & Domini *Hardewici de Endelingeber* militis fratris ipsius aut aliorum proborum virorum quos Dominus Episcopus Mindensis ad hoc duxerit deputandos in ipsius Castri structuras necessarias primitus expendemus in obsequio Domini Episcopi & Ecclesie Mindensis erimus cum castro predicto treugas vel pacem nec non assecurationem ipsius Domini Episcopi & suorum Officialium inviolabiliter servaturi, & castrum ipsum hujusmodi obligatione durante semper erit apertum quod vulgo dicitur *eyn Openhuss* ad omnem utilitatem & necessitatem Domini Episcopi & Ecclesie Mindensis nec hostiles inimicitias alicui de ipso monere debebimus nisi postquam Dominus Episcopus vel Officiales sui predicti vobiscum & in nostris placitis constituti ab injuriantibus nobis obtinere non poterunt amicitiam vel justiciam competen-

tentem, quocumque vero tempore ipsius Castri recuperatio nobis aut nostris heredibus ex parte Mindensis ecclesie prenunciata fuerit ex tunc ipso eodem anno elapso pecuniam obligationis premissam recipere tenebimur & castrum predictum pleno jure restituere ac reddere tenebimur Domino Episcopo Mindensi qui pro tempore fuerit ac Ecclesie sue omni delacionis occasione semota penitus & subtracta prout hoc in litteris Domini nostri Episcopi prenominati super hac obligatione nobis traditis expressius continetur, igitur ad tenendum & fideliter observandum omnia & singula que de nobis & de nostris heredibus tam in litteris ejusdem Domini Episcopi jam predictis quam & nostris presentibus continentur sub datione fidei nostre pro nobis ac ipsis heredibus nostris prestite Domino Episcopo & Ecclesie Mindensi sub testimonio sigillorum nostrorum tenore nos presencium obligamus Datis insuper sex fide jussoribus qui pro nobis similia promiserunt, de quorum numero si quem forte vel quos cedere hujusmodi obligatione durante contigerit alium seu alios equivalentes ad requisitionem ex parte Mindensis ecclesie nobis factam statim in locum ipsorum substituere tenebimur infra mensem. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo in crastino sancti *Georgii* Martiris.

24. Apr.

CVII.

CVII.

SUPER THELONEO IN NOVO CASTRO IMPIGNORATO.

Nos *Godefridus* Dei gratia Episcopus ecclesie Mindensis recognoscimus per presentes quod ratione dampnorum que *Johannes* dictus *Toruen* famulus in obsequio nostro captiuatus pertulisse dinoscitur dimidiam partem thelonii nostri in *novo castro* eidem *Johanni Godefrido Eckhardo & Hinrico* fratribus ipsius & eorum veris heredibus pro octoginta marcis obligavimus titulo pignoris possidendam donec ab eis ex parte ecclesie recuperetur pro summa pecunie supradicta cujus recuperationis facultas nobis & ecclesie nostre quovis tempore libera permanebit ipsique fratres obligationem hujusmodi cum littera cui voluerint poterunt assignare dum tamen is cui assignatus ecclesie Mindensis Castellanus existat & in aliqua munitione ipsius ecclesie personaliter commoretur. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum *Minde* secundo Idus Maji Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo.

14. Maji.

CVIII.

SUPER DECIMA IN *EMICKHOSEN*.

Nos *Fridericus de jeyenhosen* miles & *Dethmarus* dictus *Bogbell* famulus tenore presencium omnibus facimus manifestum, quod dimidietatem decime in *Emmickhosen* a *Lodewico de Emmickhosen* famulo pro quinquaginta quatuor marcis Bremensis argenti de licentia speciali Reverendi Domini *Godefridi* Episcopi ecclesie Mindensis nobis & nostris heredibus legitimis obligatam ita tenemus, quod si *Lodewicum* predictum absque legitimis heredibus mori contigerit, eadem decima ex tunc omni tempore per Dominum Episcopum Mindensem & ecclesiam suam pro debita pecunia deobligari seu recuperari poterit nostra vel heredum nostrorum aut in ipsa decima successorum contradictione qualibet minime valitura nec non juris aliquid amplius nobis aut alicui nostro nomine in prefata decima vendicamus nisi quantum in nobis in eadem ex obligatione hujusmodi legitime reservatur. In premissorum vero testimonium presentem litteram pro nobis & nostris heredibus nostrorum testimonio sigillorum dedimus communitam. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo Kalendis Julij.

1. Julij.

CIX.

SUPER UNO TALENTO DE OFFICIO IN *RUNNENBERGHE*.

Ego *Conradus* Civis in *Honover* dictus de *Neustad* recognosco in presenti litera meo sigillo munita, quod ob hoc ut meus anniversarius ac *Johanne* uxoris mee in ecclesia Mindensi annis singulis jugiter peragatur prout Dominus *Johannes de Lubbeke* ordinaverit hunc peragendum, pensioni unius talenti seu libre Honoverensium denariorum in officio *Runeberge* qua hactenus a Reverendo Domino meo Domino *Gotfrido* ibidem Mindensi Episcopo fueram juste inpheodatus de consensu omnium heredum meorum hujus pensionem resignando dicte ecclesie Mindensi renunciavi coram discretis viris Consulibus in *Honover* & renuncio libere propter Deum litteras per presentes, Ceterum Nos pro tempore consules Civitatis Honoverensis sepedicte in testimonium hujus resignationis seu renuntiationis presens scriptum inde confectum ad rogatum prefati *Con.* nostri concivis fecimus dicte nostre Civitatis sigillo firmiter roborari. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo in die beati *Remigii* Abbatis.

1. Oct.

CX.

CX.

SUPER CURIA *VENEBECKE*.

Nos *Wedekindus* nobilis advocatus *de Monte* & nostri veri heredes recognoscimus firmiter per presentes quod in curia *Venenbeke* que vocatur *Byscoppesboff* *) nobis ac nostris heredibus nichil juris ascribimus & vendicamus, sed advocatiam predicte curie & ipsam curiam de voluntate honorabilis viri Domini *Johannis* dicti *Schele* Cantoris Mindensis retinere poterimus pro advocatia curie *Mersch* quam diu nobis ac sibi videbitur expedire. In cujus testimonium sigillum nostrum pro nobis & nostris heredibus presentibus est appensum. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo in die sanctorum *Crispini* & *Crispiniani* martirum. 25. Oct.

*) Curia Episcopi. bischoffshof.

CXI.

SUPER ADVOCATIA VILLICATIONIS IN *DITTERKE*.

Nos *Thidericus* & *Bruninghus* fratres de *Sudersen* tenore presencium notum facimus universis quod cum advocaciam villicationis *) in *Dytterke*

*) Hanc & plures alias ejusmodi voces in praecedentibus Tomis explicatas dedimus. vid. *Subsid. Dipl. Tom. XI. pag. 6.*

terke quam pro centum marcis Bremensis argenti quondam *Arnoldo de Lenthe* famulo & uxori sue ac eorum heredibus obligatam recuperavimus per Reverendum Dominum nostrum Dominum *Godefridum* Mindensis ecclesie Episcopum pro ducentis marcis Bremensis argenti quas in obsequio ipsius ecclesie dinoscimur expendisse nobis assignatam teneamus in feodo prout in litteris ipsius Domini Episcopi nobis super hiis datis expressius continetur, Nos eandem Advocatiam ab ecclesia non alienabimus ipsasque litteras requisiti ostendere tenebimur & eorum tenore per omnia contenti erimus nichil contra ipsas in detrimentum ecclesie faciendo & hoc pro nobis & pro nostris heredibus in hiis scriptis data fide sub sigillorum nostrorum testimonio promittimus per presentes. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo in crastino sancti *Nicolai* Episcopi.

7. Dec.

XCII.

SIFRIDUS ARCHIEP. MOGUNT. PRAECIPIT CANONICIS CELLENSIS ECCLESIAE UT OBEDIANT ABBATI *HORNBACENSI.*

Sifridus Dei gracia Moguntino sedis Archiepiscopus universis hujus pagine inspecturis salutem in Christo Jesu. Exhibita nobis venerabilis in Christo & discreti viri *Th.* Abbatis Hombacensis & ejusdem loci conventus litera declaravit & relatu

tu plurimorum ad noſtras pervenit aures qualiter ecclesia Hoſnbacenſis, que olim in ſpiritualibus floruerat in temporalibus habundaverat ab antiquo eccleſiam Cellenſem que in noſtra dioceſi conſiſtit quaſi ſub nomine filie habuerit ſibi ſubjectam ipſius eciam ſumptibus fore fundatam & melioratam conſiderantes vero hujus rei veritatem & certitudinem quod idem Abbas Hoſnbacenſis Judex ordinarius & verus proviſor in prefata eccleſia Cellenſi inſtituendi & deſtituendi plenariam habet poteſtatem ſive in donacione & preſentacione prebendarum ſive in reformatione & ordinacione rerum temporalium Preterea juſte peticioni Abbatis ſepedicte eccleſie pium prebentes favorem & grato concurrentes aſſenſu que juſte & rationabiliter facta eſſe dinoſcitur gratam & ratam habentes eam ducimus, in nomine Jeſu Chriſti auctoritate metropolitica confirmandam, ſtatuentes & firmiter precipientes quatenus fratres Cellenſes domino Abbati Hoſnbacenſi & ipſius eccleſie ſubjecti de cetero ſicut conſuetudo & jus antiquum exigit obediant & reverentiam exhibeant negligentiam corrigentes ne prius ſcandalum inde oriri videatur. Datum Anno Domini M°CC°XLVI°.

CXIII.

CXIII.

ALEXANDER IV. PP. REDUCTIONEM CANONICORUM CELLENSIUM A NUMERO QUINDENARIO AD DUODENARIUM CONFIRMAT.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo ecclesie Cellensis Moguntine diocesis salutem & apostolicam benedictionem, hiisque ab ecclesiarum prelatis pro ipsarum utilitatibus prouide statuunter libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem ut intemerata consistant cum nostro fuerint presidio comunita. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat que dilectus filius Abbas Hornbacensis monasterii ordinis sancti *Benedicti* Metensis diocesis ad quem collacio prebendarum in vestra ecclesia pertinet prudenter attendens quod Canonici ejusdem ecclesie in qua tunc quindenarius Canonicorum numerus habebatur de proventibus prebendarum suarum non poterant commode sustentari pensatis ipsius ecclesie facultatibus de assensu Venerabilis fratris nostri Moguntini Archiepiscopi loci diocesani ac vestro ad duodenarium restrinxit numerum supradictum quod Canonici qui in eadem ecclesia residenciam non facerent personalem nichil percipiant de suarum proventibus prebendarum prout in Litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos igitur vestris precibus inclinati quod super hoc ab eodem Abbate provide factum & ratum habente & gratum Illud auctoritate apostolica confirmamus

 &

& presentis scripti patrocinio communimus mandatis sedis apostolice semper salvis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Viterbii* V. Kal. Maji, Pontificatus nostri Anno quarto &c.

CXIV.

ALEXANDER IV. PP. PRAEPOSITURAE LOCO ERECTUM IN ECCLESIA CELLENSI DECANATUM CONFIRMAT.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo Cellensi Moguntinensis dioc. salutem & apostolicam benedictionem sicut peticio vestra nobis exhibita continebat nos provide attendentes quod preposituræ dignitas, que tunc fuerat in vestra ecclesia erat inutilis in eadem quodque per creationem Decanatus poterat ipsi ecclesie magna utilitas pervenire pensata utilitate hujusmodi accedente consensu venerabilis fratris nostri Moguntinensis archiepiscopi loci diocesani & abbatis monasterii Hombacensis ordinis sancti *Benedicti* Metensis diocesis Ecclesie predicte patroni exinde dicta prepositura submota loco ejus creastis novum Decanatum in Ecclesia supradicta eidem decanatui quibusdam redditibus ipsius ec-

ecclesie assignatis Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc a nobis provide factum est & firmum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Anagnie* X. Kal. Decembris pontificatus nostri anno quarto.

CXV.

CLEMENS IV. PP. OMNES CELLENSIS ECCLESIAE LIBERTATES ET PRIVILEGIA AB ANTECESSORIBUS CONCESSA CONFIRMAT.

Clemens Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesie Cellensis Mogunt. diocesf. salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus suis per privilegia seu alias indulgentias vobis ac ecclesie vestre concessas nec non libertates & exem-

emptiones secularium exactionum a regibus & principibus atque Christi fidelibus racionabiliter vobis & ecclesie memorate indultas sicut eas juste & pacifice obtinetis vobis & per nos eidem ecclesie authoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Viterbii* V. Kal. Junij. Pontificatus nostri anno secundo.

CXVI.

ABBAS HORNBACENSIS PAROCHIAM IN *FROSCHUWE* CONFERT CANONICIS CELLENSIS ECCLESIAE IN AUGMENTUM PRAEBENDARUM.

H*ugo* miseratione divina Abbas, totusque conventus in *Horenbach* ordinis sancti *Benedicti*, Metensis dioecesis, viris venerabilibus & in Christo dilectis, Decano & Capitulo Ecclesiae Cellensis, Moguntine dioecesis, salutem & sincerae dilectionis affectum. Cum inter holocausta virtutum, id acceptabilius Deo credatur, quod de Medula charitatis & pinguedine cordis offertur ad promovendum ea, quae divini sunt cultus, unusquisque tanto studiosius debet intendere, quanto immensius a

a retributore bonorum omnium Jesu Christo coelestis gloriae speratur praemium adipisci. Si ergo hoc ad utilitatem seu ad venerationem omnium Christi fidelium tenemur, nec non ecclesiarum specialius tamen ac devotius ad decorem & honestatem, sive etiam ad utilitatem ecclesiae nostrae Cellensis, quae ex antiquis temporibus, ab ecclesia nostra Hornbacensi, laudabiliter constructa, fundata & dotata de allodiis, fundis & proventibus beati *Pirminii* Patroni nostri, ad honorem salvatoris, sanctaeque & gloriosae virginis *Mariae*, beati & praeclari confessoris *Philippi*, cujus corporis reliquiae in eadem ecclesia requiescunt, & aliorum plurimorum, quorum ibi reliquiae sunt a nostris praedecessoribus veraciter intelleximus, in magna quantitate sunt reconditae, totis oportet viribus insudare. Volentes igitur, ob reverentiam praedictorum sanctorum, vestrum collegium, quod speciali amplectimur charitate pro modulo nostrae facultatis aliquibus honorare, vestrarum considerantes tenuitatem prebendarum, ecclesiam in *Fraschhowen* parochialem, Moguntinae dioecesis, cujus ad nos jus patronatus pertinet, vobis & ecclesiae vestrae, in augmentum Praebendarum vestrarum de unanimi consensu totius nostri conventus contulimus & conferimus, pure & simpliciter propter Deum in perpetuum possidendum. Ita, ut quam primum eandem ecclesiam ex parte *Jacobi* Cantoris Wormatiensis, qui nunc eam possidet tanquam Pastor, vacare contigerit, vos ad ipsam sacerdotem idoneum loco Archidiaconi praesentis curam animarum recepturum ab ipso constituta ei per vos

 prae-

praebenda de qua possit congrue sustentari, qui tam dioecesano quam archidiacono de ipsorum justitiis respondebit, & quod residuum fuerit, in augmentum vestrarum cedet & proficiet perpetuis temporibus praebendarum. Ut autem vobis & vestrae ecclesiae vestrisque successoribus in dicta ecclesia nulla quaestio, aliqua difficultas, aut incommodum oriatur, in hujus nostre donationis robur & testimonium perpetuum praesentem litteram conscribi fecimus & eam vobis tradimus nostri sigilli & Capituli munimine roboratam. Datum & actum Anno Domini M°CC°LXXVI.

CXVII.

DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIAE CELLENSIS PROMITTUNT IN SUBSIDIUM ABBATIAE HORNBACENSI SINGULIS ANNIS XL MALDRA SILIGINIS WORMATIAE.

In nomine sancte & individue Trinitatis Decanus totumque capitulum ecclesie Cellensis Maguntinensis diocesis ad vitandam veritatis inimicam scilicet oblivionis maculam necesse est diversa acta temporum scriptorum munimine roborari Igitur ad universorum noticiam volumus pervenire quod nos non immerito nostram ecclesiam Cellensem videlicet ab ecclesia Hombacensi fundatam dotatam & universis beneficiis condonatam ipsumque venerabilem dominum *Yssenbardum* nunc abbatem cum om-

omnibus suis successoribus nostrum pium patrem & patronum existere cognoscentes Et ut nos ipsi ecclesie & nostris patronis Abbatibus prenotatis pro tot & tantis beneficiis ab eisdem hucusque perceptis & per Dei gratiam ipsorumque benevolentiam in antea percipiendis pro modulo nostre possibilitatis tanquam filii fideles valeamus inveniri unanimi consensu & voluntate deliberata decrevimus ratumque statuimus, quod nostra ecclesia videlicet Cellensis venerabili domino *Ysenbardo* nostro nunc patri ac patrono una cum omnibus suis successoribus quadraginta maldra siliginis teneatur singulis annis *Wormacie* sub proprio periculo & expenso perpetuo presentare in subsidium suarum si forte ad nos pervenerit expensarum volentes ipsam graciam tam a nobis tam a nostris successoribus esse ratam ac inviolabiliter observari. In cujus facti robur & evidenciam pleniorem presentem literam sepedicto domino Abbati *Ysenbardo* ac omnibus suis successoribus sigillorum nostrorum tradidimus munimine roboratam. Datum & actum Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo.

CXVIII.

DECANUS ET CAPITULUM COLLEGIATAE CELLENSIS PRO DECEM LIBRIS HALLENS. COMPARANT DUO MALDRA SILIGINIS ET DIMIDIUM PRO FABRICA ET POST OBITUM *SIFRIDI DE EPPENSTEIN* DONATORIS, PRO EJUSDEM ANNIVERSARIO.

Nos *Colinus* Decanus, totumque capitulum ecclesie Cellensis recognoscimus, publice protestando quod cum illis decem libris Hallensium, quas nobilis vir Dominus *Syfridus de Eppinstein* nobis dedit, duo maldra cum dimidio siliginis in terminis ville *Busensheim*, Wormatiensis diocesis, comparavimus annue & perpetue censionis, que quidem hec duo maldra cum dimidio siliginis, prout ipse Dominus *Syfridus* petivit, ordinavit & instituit, quousque Carne vivus perstiterit, ad utilitatem fabrice ecclesie nostre Cellensis cedere debent, & eadem maldra ad eandem fabricam porrigere & assignare debemus, quam cito autem idem dominus *Syfridus* de hoc seculo migraverit, & temporalem mortem subierit, quem tamen Dominus Jhesus Christus sua ineffabili misericordia, beato *Philippo* hoc specialiter impetrante, tamdiu sanum & incolumen, & sine peccatis vel saltem cum salubri contritione ita semper vivere faciat in presenti, ut cum ipso sancto *Philippo*, quem honoravit in terris, mereatur adipisci portionem in celis, tam cito ejus exequie & postmodum ipsius & uxoris sue

fue fimiliter aniverfaria folempniter juxta confuetudinem ecclefie noftre, pro prefatis duobus maldris cum dimidio inter prefentes canonicos & vicarios dividenda perpetuis temporibus peragentur. Et ut omnia fupradicta grata & firma teneamus, fepedicto Nobili & fuis, quorum intereffe poterit, prefentem litteram figillo noftri Capituli decrevimus figillari in teftimonium premifforum. Datum anno Domini MCCCXI, in decollatione beati *Johannis Baptifte.*

CXIX.

RUDOLFUS ABBAS HORNBACENSIS CONFERT DECANATUM ECCLESIAE CELLENSIS.

Rudolfus Dei patientia Abbas monafterii Hornbacenfis, Ordinis fancti *Benedicti* Metenfis dyoecefis, fundator, patronus, ac fuperior immediatus ecclefie Cellenfis collegiate, Moguntinenfis dyocefis, Honorabili viro Domino *Friderico de Liningen* Praepofito ecclefie Wormatienfis, ad difcretis viris, *Johanni* Cantori ecclefie Cellenfis predicte, & *Eberhardo* paftori parochalis ecclefie ville *Enfeltheim*, falutem in Domino, cum noticia fubfcriptorum. Cum ad prefens in ecclefia noftra Cellenfi predicta per noftram privationis fententiam, per nos cognitis cognofcendis rite & legitime prolatam contra Magiftrum *Gyfonem*, olim ibidem Decanum, fuis demeritis & exceffibus exigen-

gentibus, jam dudum vacaverit atque vacet Decanatus, & quamvis idem Magiſter *Giſo*, poſtquam dicta ſententia in rem tranſiviſſet judicatam, coram Domino *Heinrico* Archiepiſcopo Moguntino ſeu ejus commiſſario ſuper eodem decanatu ſe nobis oppoſuerit, de facto ipſe tamen poſtea huic oppoſitioni, & omni ſuo juri, quod ſe in dicto decanatu habere contendebat, ſponte renunciavit, atque liti ceſſit penitus & in totum. Unde nos predictum decanatum publice & notorie in dicta eccleſia Cellenſi ſic vacantem, cujus collatio ad nos pertinere dinoſcitur pleno jure, diſcreto viro Magiſtro *Emichoni*, noſtro dilecto Canonico prebendato in eccleſia Cellenſi memorata, ob probitatis ſue merita contulimus, ipſumque per librum, quem in manu noſtra tenuimus, inveſtivimus de eodem, accepto ab eodem Magiſtro *Emichone* corporali & ſolito juramento de obſervandis & cuſtodiendis privilegiis, libertatibus, ſtatutis, conſuetudinibus, bonis, rebus, jurisdictione, obedientia & juribus noſtris & eccleſie noſtre Cellenſis ſupradicte, absque omni dolo & fraude, fideliter & complete.

Quocirca nos, Dominum *Fridericum* prepoſitum, & *Ebirhardum* paſtorem prefatos attente & inſtanter requirimus & rogamus tibique Cantori predicto in virtute ſancte obedientie nobis facte, & ſub pena ſuſpenſionis precipimus & mandamus, quatenus, prout requiſiti fueritis, per vos, alium ſeu alios, predictum Magiſtrum *Emichonem* in dicti decanatus, nec non bonorum jurium, redditcuum, & proventuum, ad eundem pertinentium,

um, possessionem corporalem seu quasi inducatis, & induci faciatis, sibique de ejusdem decanatus bonis, juribus, redditibus & proventibus, ad ipsum pertinentibus, ut prefertur, per Cantorem, Custodem, totumque Capitulum, nec non Canonicos, officiatos prebendarios, & Vicarios ecclesie Cellensis prescripte faciatis integre responderi, ac eidem per ipsos & ipsorum quemlibet obedientiam & reverentiam, tanquam Decano ecclesie Cellensis in omnibus exhibere infra tres dies post presencium publicationem proxime subsequentes quorum primum pro primo, secundum pro secundo, tertium vero pro tertio peremptorie assignamus, per presentes, debitam & consuetam: alioquin dictis tribus diebus elapsis inobedientie notam ac dictas suspensionis sententias se noscant procul dubio incursuros. Ceterum auctoritate etiam nostra predicta injungatis eisdem, sub pena prenotata, ut prefato Magistro *Emichoni* de bonis, juribus, redditibus & proventibus ad Canonicatum & prebendam spectantibus, quae dictus Magister *Giso* in memorata obtinebat ecclesia, & quos nec prefatus Magister *Emicho* Decanus, causa & titulo permutationis, licite est assecutus, faciatis plenarie respondéri, in contradictiones & rebelles auctoritate nostra predicta ad ulteriorem cohercitionem debitam firmiter processuri. Volentes quodsi non omnes executioni debite premissorum commode poteritis interesse, duo saltem vel unus vestrum premissa exequatur.

In

In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini MCCCXXXIX, V. Idus Decembris.

CXX.

STIFFT *HORNBACHISCHE* LEHENREICHUNG, WORAN DIE *JOFRIDISCHE LEININGISCHE* LINIE KEINEN THEIL GEHABT.

Wir *Gerhart* von Gottes gnaden Apt zu *Hornbach* bekennen das wir angesehen haben, danckneme freundschaft die die edle herren *Friederich* Domprobst zu *Worms* und Juncker *Friederich* gepruder grafen zu *Leinigen* unserm Stiffte und Vorfaren getan haben und thun und han in um er fleissiger Bitte willen sie an uns pracht hant verleihen *Ostboven* das dorff mit dem gericht daselbst und allen andern herlichkeiten und zugehorungen als das von uns und unsern stifft zu rechten lehen ruret und gehet mit allem dem rechten als wie billig sollen und geben nun daruber zu zeugenuse diesen brieff mit unserm Insiegel besigelt unsern stifft uns und unser nakommen zu besagen. dieser brieff wart geben uf den nehsten sontag vor *Marien Magdalenen* tag in den jaren als man schreib vor Christi Gepurt tausend dreyhundert viertzig und zwey jare.

CXXI.

CXXI.

ABBAS HORNBACENSIS COLLEGIATAE CELLENSI INCORPORAT PAROCHIAM IN *DIETELSHEIM.*

Wir *Truschele* Dechan und daz Capittel und alle personen gemeynlichen des stiffts sancti *Philippi* zu *Zellen off der Pfemmen* im Mentzer bistum gelegen, herkemen uns offelichen in diesem offen brieffe; also der Ersame geistliche in God vatter und herre hen *Johannes Danckart* Apt zu *Hornbach*, stiffter und Patron des egenanten unsers stifftes zu *Zellen* unser gnediger lieber herre, angesehen, besunnen, und bekannt hait fruntschafft, gunst, und gnade, den andern sin vorfare, geistlich Vetter, Epte des stifftes zu *Hornbach* gehabet, herzeiget und bewiset hant zu den egenanten stifft *Philippi* zu *Zellen*, und noch hutis dages degelichen habent bei den fürsten und herren, und darzu ander erber Christenlute nahe und ferre gelesen, und hait eigentlichen besonnen und vorbedaichten, daz wir alle nit sichere sin dann des dodes und besunder, daz wir alle off eyn Gut herscheinen mussen vor dem gerechtem strengen richter, und do rechenunge dun umb allenz, daz wir in disser Zütt begangen hain. herumb so hait er sich mit willen sines Conventes entpholen, gebrodert und deilhaftig gemachet alles gotlichen dinstes, der ytzu geschiet oder ummer gescheen mag in dem egenanten stifft zu *Zellen*; und daz der vollechlicher vorbaß follenbrachten werde mit allen gezü-

ten,

ten, Messen und Vigilien, so hait der egenante unser gnediger lieber herre *Johannes Danckart* Apt mit willen sines Convents vor sich und alle ir nachkommen umb ere Gottes, *Marien* sine lieben Mutter und des lieben sancti *Philippi* und ander vil schimerliches wirdechliches heiltums zu *Zellen*, dem eghenanten stifft *Zellen* gegeben providirt und incorporirt in Pastorie zu *Dietelsheim by Odernheym* im Mentzer bistum gelegen, daz die nu vorbass, alsobalde sie ledig wirt, dienen sal in die gemein presencie aller personen des egenanten stifftes zu *Zellen*, also daz sie verdienet werde, in maissen die incorporacien daruber sagende uswiset. Und herum so versprechen wir Dechen und Capittel und alle personen des vorgenanten stifftes *Zellen* vor uns und allen unsern nachkomen nun und ewiclichen, ob sie sich ummer geschicken, geboren oder gefugen mochte, als emales etwan me gescheen ist, daz contribuciones, subsidia oder welcherley vorderunge unmer me gescheen mochte von Bapsten, Keisern, Fursten oder herren, Ertzbischoffen oder bischoffen, wie sich die machen moichte uber die phaffheit, die sollen wir unde unser naichkommen na her dun abetragen und usrichten von der Pastorien an allen Kosten und arbeit eyns apts und Conventes zu *Hornbach* und eyncherley forderunge, sture, hulff oder toupas an sie, oder an iren notze zu *Diettelsheym* ummermene suchen, fordern oder begeren, durch uns oder yemanth anders von unsern wegen, oder schaffen getan werden in deheinige wise, alle geuerde usgescheiden. Wir dechent und Capittel

und

und alle personen des egenanten stiftes *Zellen* herkennen uns auch, daz wir eyn versiegelten briff haben von dem egenanten gnedigen unserm herren den apt und seinem Convente der sie besagt funff malder ewiges Korngelts die sie uns und unser presencien jehrlichen geben und reichen müssent, die uns der Erwirdige in Got vatter, furste und herre, her *Conrad* Ertzbischoffen zu *Mentze*, unser gnediger lieber herre, kaufft halt unserm stifft und gemeyner presencien ewiglichen gesatze hait und auch sie ewig gedechtnisse und selegerede do mit bestellet und gemachet hait, denselben brieff versprechen wir in zu lesen geben, welch Züt sie oder ir nachkomen wollent und koment vor sancte *Georien* tag angeferlich, und brechten uns und unsern nachkomen hundert phunt heller, guter mentzer werunge, alsdan genge und gebe were, so wollen wir in irem brieff wider geben und ir underphant widder lois sagen in aller der maissen, als sie waren, e sie uns vor die vorgeschrieben fünff malter Korngeltes vorlaicht worden.

Alle vorgeschriben stucke, puncte, und artickel, versprechen wir dechen, Capittel und alle personen des egenanten stifftes *Zelle*, stede, feste und unverbruch zu halten angeferlich. Und des zu orkunde so han wir unsers Capittels ingesigel an diesen brieff gehangen, uns und unser Naichkommende zu besagen alle vorgeschriben dinge, der do geben ist, als man schrib naich Cristus geburt dusent vier hundert und nun und zwinzig jar,

jar, off montag nehest nach dem heiligen Oster dag.

CXXII.

ABTEY *HORNBACHISCHE* LEHENREICHUNG AN GRAF *HESSEN* VON *LEININGEN* UND DIE ALLEINIGE *FRIEDERICHISCHE* LINIE.

Wir *Reinhart* von Gottes gnaden Apt zu *Hornbach* im Mentzer bistumb gelegen, bekennen uns und tun kunt das der Edel graue *Hesse* grave zu *Leiningen* unser lieber getreuer auf datum dis brieffs zu uns kommen ist und hat uns gepetten und an uns geuordert im zu verleihen solche Lehengüter die sein Voraltern graven zu verleihen solche Lehengüter die sein Vorfahren Apten und stifft zu *Hornbach* zu Leihen gehabt und auf in pracht hant nehmlich die dörfer und gericht *Zell*, *Hergsheim* und *Niefern* mit iren zugehörungen in dem Primmen dale und dem weltlichen Schirme des Stiffts zu *Zellen* Item das dorff und gericht zu *Osthouen* mit iren Zugehorungen als han Wir des obgenanten grave *Hessen* Pitt und forderung angesehen und han ime die vorgenante seine Lehen verleihen und leihen ime in crafft dis brieffs dauon er uns auch huldigung gelübd und ayde getan hat uns getreu und hold zu sein und unsern schaden zu warnen und alles das zu tun das ein mann von solcher wegen zu thun plichtig ist,

ist, und billig tun solle. und in dieser unser leihung hant wir ausgenommen unser stifft unser Mann und eins jeglichen sein recht an geuerde das zu urkund han wir *Reinhart* obgenant unser Insiegele tun hencken an diesen brief, der geben ist auf Donnerstag nach sant *Ulrichs* tage im jare da man zalt tausent vier hundert und dreisig und in dem fünfften jare.

CXXIII.

HORNBACHISCER CONSENSBRIEF ZU EINER LEHENS SCHULD AN GRAF *HESSO* VON *LEININGEN*.

Wir *Reinhart* Apt zu *Hornbach* bekennen vor uns und unser nachkommen Apte zu *Hornbach* so als der edele graue *Hesse* graue zu *Leiningen* unser lieber getreuer herrn *Wernher*, *Menter* von *Alzey* rittern hundert gulden gelts jerlicher Gült mit zweytausend gulden hauptgelds abzulosen verschrieben und eine davor zu underpand und sicherheit erlegt hat sein darfor in dem Pfrimenen dale gelegene nemlich *Zell Horgsheim* und *Niefern* die von unserm stifft zu *Hornbach* zu rechtem Erblehen rüret und gehet nach inhalt der briefe darüber sagent, die dan herr *Wernher* darüber inhat das solch verschreibung und verpfandung mit unserm guten wissen Willen und verhengniss gescheen ist willigen und anehmen auch die in crafft dis brieffs und gereden und verspre-

 chen

chen vor uns und unſer nachkommen das wir den obgenanten *Wernher* und ſein Erben daran nit engen noch irren wollen, doch das der obgenant edel graue *Heſſe* und ſein Erben dis lehen tragen und vermannen ſulten als ob dieſe pfandtſchaft nit were und als lang die pfandſchaft ſtehet. Des zu urkund han wir *Reinhart* Apt zu *Hornbach* obgenant unſer Inſiegel tun hencken an dieſen brieff uns und unſer nachkommen obgeſchriebenen ding damit zu uberſagen, Geben uff ſontag nach unſer lieben frauen Aſſumptionis Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo.

CXXIV.

HESSONIS COMITIS DE *LEININGEN* INTERLOCUTORIA SUPER DISCEPTATIONE ABBATIS HORNBACENSIS CUM DECANO ET CAPITULO CELLENSI.

Wir *Heſſe* graue zu *Lyningen* thun kunt, das wir uff hude dato dies brieffs von dieſer hernach geſchrieben forderunge wegen, ſo der wirdige her *Blicker*, appt zu *Hornbach*, unſer beſonder liber herr und frünt, zu der erſamen unſern lieben andechtigen und beſondere Dechan, Canonicken und Vicarien des ſtiffts zu *Zelle* vermeynt zu haben, beret han noch dem ſie der von beyden theylen an uns, als eynen gemeynen und die erſamen unſere lieben beſondern Meyſter *Anthonien* von *Cube*, Dechan und hern *Heinrich* von *Talheym* Cü-

Cüſter des ſtiffts zu ſant *Paule* zu *Worms*, als ir zugeſatzter fründe, nemlich der genant dechan uf unſers hern des appts, und der Cüſter uf dechan, Canoniken und Vicarien Syten, zu recht kommen ſint, als hernach geſchrieben folget.

Zum erſten ſo ſoll unſer herre der appt ſynen Zuſpruch von der hernach geſchriben artickel wegen an Dechan, Canonicken und Vicarien obgemelt, wie ferre ſich an ygliche gebürt in ſcrifften tun, und dem Dechan zu *Zelle* die verſiegelt, hizuſchen und dem ſontag *Letare* nechſt komppt, in ſie huſs geyn *Zelle* ſchicken: daruff ſo ſollen dechan, Canonicken, und Vicarien ir antwort in ſchrifften ſetzen, und die verſiegelt under des Dechens Ingeſiegel unſerm herrn dem appt geyn *Hornbach* zu ſin wonunge ſinen Keller, da zuſchen und dem ſontag vor ſant *Thyburcien* tag ſchierſt darnach folgende ſchicken, und nach ſolicher uberſendunge ſo ſoll unſer herr der appt darnach ſin widderrede aber in ſchriften und verſiegelt Dechan, Canonicken und Vicarien in des dechans hus zu *Zelle* ſchicken zuſchen dem vorgenanten tage und dem ſontage vor der heyligen Merteler tag *Nerei Archiley* und *Panchratii* der nehſt darnoch komppt. So ſollen alsdann Dechan Canonicken und Vicarien ir nochrede daruf in geſchrifften und verſiegelt mit unſers herren des Appts vor ubergebenen anſprache und widderrede darzu brieffe oder andere kundſchafft in geſchrifften obe ſie dericht hetten und bylegen wollten, mit eynander uns graff *Heſſen* zu der *Nyenlunungen*

 in

in unser schlos schicken zuschen dem obgenanten sontage und dem sontage nach sant *Bonifacien* tag darnach nechst folgende. derglichen soll unser herr der appt auch die uberergeben antwort der vorgenanten Dechan, Canonicken und Vicarien, und obe er brieffe oder ander kuntschafft in schrifften bylegen wollte, uns in unser schloss zu der *Nywen Lynungen* binnen der obgemelten Zyt auch ubergeben, und noch solicher ubergebunge sollen wir und die obgenanten dechan und Custer zu sant *Paule* den vorgenanten parthyen eynen gütlichen tag in mandes frist darnach vor uns bescheyden, und ersuchen ob wir sie umb die gemelt ir gespenn gütlich übertragen mögen. Und konnten wir sie uff den tagen darumb nit vereynigen, so sollten wir sie in dryen nehsten menden noch dem gütlichen tage mit unserm versiegelten spruchen mit recht entscheyden, und wir alsdan zuschen in ussprechen werden, soll daby verlyben und von beyden theylen vor sie und ir nochkommen zu ewigen tagen gehalten und gentzlich nochgegangen werden und soll deheyne parthye von solichen unserm richterlichen spruche mit appeliren sich beruffen, oder deheynen uszugk oder behelff geystlich oder werntliches rechten furwenden, vorziehen oder gebruchen in deheyne wyse, wie man das finden oder herdencken möthte, geuerde herinnen gentzlich usgescheyden.

Und sint dis die Zuspruche, zum ersten von der Pastorien wegen zu *Düttelsheim.* item von eyner pfründe wegen antreffend ein schulmeisterie

fie zu *Zelle.* item von wyngarten wegen, ſo der dechan und etliche Vicarien zu *Zelle* inhaben, die dem obgenanten unſerm herrn dem appt Zuſteen ſollen.

Ich *Peder Wintzing* von *Algiesheim Erenbrecht Haweſteder* von *Algiesheim Heinrich ſchetzel Heinrich Huchluheimer* bekennen an diſſem briffe und tun kunt allen luden die diſſen Briff ſehen oder horen leſen daz die erbere herrn herr *Ebirhard* Dechant und der Capitel gemeinlich dez Dumes zu *Mentze* mit uns ubirkomen ſint und uns zu yren und yrs ſtifftes oder weme ſie den ſtifft zu *Mentze* in geben helfer und diner gewonnen hant, diſs neheſte zukunfftigen jare uz von datum diſs briues anzuzelen, alzo daz wir den obgenanten unſern heren herrn *Ebirhard* Dechand und Capittel oder wem ſie den ſtifft zu *Mentze* ingeben und yren Amptluden von iren wegen helfin dinen, geriten, und gewarten ſollin unſer iglicher mit eyner Glenen wol erzugit, widir allirmenlich und an wiliche ſtad ſie wollin, und unverzugelich zu komen wohin wir yn dem ſtiffte zu *Mentze* gemant werden, wann ſie oder yre Amptlude von irentwegen von ſy daz befohle hant, uns daz acht tage vor laſſen wiſſen, und uns daz mit briffen oder mit boten verkundigit wirt, ane geuerde,

und

und wann daz iſt daz wir alſo in der vorgenanten unſer herren dinſte geheiſhen werden, und yn yre ſloz komen, ſo ſollen ouch ſie oder yre Amptlude die uns dann zu dinſte geheiſhen hetten uns unſer Knechte und perde libern und futern und fur ſchaden ſten mit ſolichir beſcheidenheit waz hengiſte und perde wir in ſolichin dinſten vorloren uns vortorben oder abegingen die ſolden wir mit den obgenanten unſir herren Houbtmanne der dan von irentwegen uf dem felde wer und mit yrem Marſchalke annſchlahen und waz waz uns dann die fur unſer habe die uns alſo in der vurgenanten unſern heren dinſte abegegangen und vertorben weren nach mogelichin dingin nemen hieſſen daz ſolden wir nemen und uns damide genuge laſſen, ane widerſprache Auch iſt gered werz ſache daz wir in ſolichin dinſten deheine gefangen fingen wilcherley die weren die ſolden unſer vurgenanten herren von dem Capittel oder wem ſie den ſtifft in geben ſin und ſollin wir die ouch yn oder yren Amptluden unverzegelichin antwerten ann geuerde auch ſollen wir zu der vurgenanten unſer heren von dem Capittel oder wem der ſtifft alzo ingeben werdet, fridde ſune und unfriden ſin, und die gentzlichin ſalden und ſollen hinder den vurgenanten unſern herren und yren Amptluden mit yren finnden keine vorworte ſune oder friden uff nemen offenlich odir heimlich ane geuerde dez zu urkunde han wir *Peder Wintzing Erinbrecbt Haweſtede* und *Henrich Hucblunbeimer* unſer Ingeſigel fur uns und *benrich ſcbetzel* obgenant an dieſen briff gehangen dez ich

ich *henrich schetzel* obgenant bekennen daz die vurgesezte yre Ingesigel fur sich und mich an dissem briff hant gehangen. Datum anno Domini MCCC. Lxxxx Sabbato post dominicam *Misericordia Domini.*

CLXXIV.

HENRICH SCHEZEL GIBT SEIN LEHEN AUF UND BITTET SOLCHES DEM GOTSCHALCK UND HEINRICH VON KREMESDORFF ZU ERTHEILEN.

Ich *Henrich schetzel* bekennen unde tun kunt offenlich mit diesem briefe daz ich den Erwirdigen in Gote Vater unde Herren herrn *Adolffe* des heligen stules zu *Mentze* Ertzebischoff des heiligen Romischen Riches in dutschen landen Ertzcanceler myme lieben gnedigen herrn recht und redelich mit frylien wolbedochtem mude uffgeben haben unde ufgeben genwertlich mit diesem briefe, soliche dri hube landes an ein Virteil zu *Wenygkramesdorff* gelegen die myn aldern unde ich von dem obgenanten myme gnedigen herrn unde sime stiffte zu *Mentze*, bis her zu rechtem Man lehen gehabet han und e han denselben mynen gnedigen herren von *Mentze* gebeden und bitten yn demutlich in Crafft dies briefs daz er *Gotschalke* und *Heinrich* von *Kremesdorff* gebrudern mit den vorgenanten sine dreu huben landes be-

lehen

lehen unde yn die zu rechten manlehen lihen wollen, des zu urkunde han ich myn ingesigel fur mich unde alle myn erben an diesen brief gehangen der geben ist uf den nesten Mantag nach dem zwelfften nach Gots geburte tusènt druhundert unde in dem nuntzigesten jare.

CLXXV.

LITTERAE ADOLPHI ARCHIEP. SUPER OPPIGNORATIONE PARTIS CASTRI ET OPPIDI DRIFURT A GERLACO ANTECESSORE FACTA.

Wir *Adolff* von Gotes gnaden des heiligen stuls zu *Mentze* Ertzbischof des heiligen Romischen Richs in dutschen landen Ertzcanceller bekenne und tun kunt offinlichen mit diesem brieue. Wann seliger gedechtnisse unser Vetter Ertzbischof *Gerlach* unser und unsers stifftes teyl unser slosse *Dryfurte* Burg und stad, *Guntern Heinrich* und *Helwigen* vom *Hayn* gebrudern fur achte hundert und nun marke lotiges silbers versetzet und verphendet hatte nach sage und ynnehaldunge der briue die er yn daruber geben hat dieselbe brive von worte zu worte hernach geschriben steet, und also luten. Wir *Gerlach* von Gotes gnaden des heiligen stuls zu *Mentze* Ertzbischoff, des heiligen Romeschen Richs in dutschen landen erzecanzeler tun kunt allen luten die diesen brief sehen oder horen lesen das wir *Gunther Heinrichen* und *Hel-*

wi-

wigen vom *Hayne* gebrudern und iren Erben recht und redelich in phandes wieſe unſer und unſers ſtifftes teyl unſers ſloſſes *Drifurte*, Burg und ſtad virſetzet han und verſetzen mit dieſem brieve fur achthundert und nun marke lotiges ſilbers Mulhuſcher wizze und were, mit dorfen gerichten zinſen, beten, Renten, gulden, guden Mulen Eckern nutzen freu waſſern Weyden Viſcherien und gemeinlich mit allen gevellen und frumen guden gewonheiten und rechten beſucht und unbeſucht wie die genant ſin die zu dem vurgenanten unſerm und unſers ſtifftes Teyl unſers ſloſſes und veſten *Drifurte* Burg und ſtad gehorent und von alten biez her darzu gehoret hant und unſer und unſers ſtiffts dorf *Heygenrade* mit allen geuellen und nutzen und daz wachsgelt zu *Volken* mit ſolichen rechten als wir und unſer ſtifft die herbracht haben und bekennen fur uns und unſer nachkomen und ſtifft daz wir daz vurgeſezte unſer und unſers ſtiffts Teyl des egenanten unſers ſloſſes *Drifurte* mit allem dem daz darzu gehoret als obgeſchrieben ſtet den obgenanten vom *Hayne* als vor und nach geſchriben ſtet vorſatzt haben alſo daz die vurgenante *Gunther Heinrich* und *Helwig* und ire erben die briue halden, die wir und die hochgeborn furſte die Marggrauen zu Miſſen und der lantgrafe zu Heſſen unſe neven ueber die veſten *dryfurte* undereinander geben haben. Auch iſt gered wann wir unſer nachkomen oder unſer ſtifft unſer Veſten *dryfurte* Burg und ſtat, mit allem dem daz darzu gehoret und daz wir damide den vorgenanten *Gunther Heinrich* und *Helwige* und iren

iren Erben verſetzt haben widderloſen wollen daz ſollen wir yn ein Virteil jares mit unſern offen briuen wiſſentlichen verkundigen, und ſie ires gelts gentzlichen bezalen in den zweyer ſtete eyne *Mulhuſen* oder *Dryfurte* wo ſie daz heiſchent und ſollent ſy von uns unſern nachkommen oder ſtiffte oder von unſern frunden den wir daz beuehlen nemen uzgenomen alle argeliſte und geuerde mit Muhlhuſer were wizze und gewichte. wer auch daz die vurgenante *Gunther Heinrich* und *Helwig* oder ire erben vurgenanter ires gelts bedorften, und daz widder von uns oder unſern nachkomen und ſtiffte hieſchen, daz ſollen ſie uns auch vor ein Vierteil jares verkundigen und ſolden wir ſy dann ires gelts gantz bezalen in der ſtete eyne als vurgeſezt ſtet und loſten wir oder unſer nachkommen und ſtifft die veſten nit ſo mogen ſie dann die Veſten mit allen zugehorunge als wir yn die verſatzt han verſetzen, eyme irme Gnoſſen oder undergnoſſen unſers ſtiffts Manne oder Burgmanne wem ſey wollen mit unſerm wiſſen und willen und wem ſie die alſo ſetzen, der oder die ſollent uns dieſelben gewisheit tun die uns, die egenante *Gunther Heinrich* und *Helwig* vorgetan han denſelben ſollen auch wir unſer briefe daruber geben und ſy verteidingen als die vurgenante vom *Hain* und wann wir oder unſer nachkommen oder ſtifft die vurgenante unſer Veſten mit allem dem das wir yn damite verſatzt han widder von yn oder von iren erben loſen wollen ſo ſollen wir yn ir plug recht als gewonlich iſt geuallen und volgen

gen laſſen Auch ſollen wir und unſer Amptman zu *Ruſteberg* der zu ziten iſt, von unſer wegen ſy und unſer egenant unſer ſloſſ *Drifurte* getruwelich verteidingen und hanthaben zu allen iren noden als ander unſer ſtiffts ſloſſe und manne und burgmanne ane geuerde, wer auch daz yn ymand gewalt oder unrecht tede wanne ſie uns oder unſerne Amtmanne zu *Ruſteberg* daz verkundigen konden wir yn dan von den nit rechts gehelffen bynnen eynem mande der neheſte nach der manunge folget, ſo mogen ſie ſich behelffen von der egenanten unſer Veſten *drifurte* Burg und ſtad des beſten das ſie mogen und darzu ſal jn unſer Amptman zu *Ruſteberg* ſin beholfen als lange biez daz yn recht widderferet ane geuerde. Auch ſal die vurgeſetzte unſer Veſte *dryfurte* Burg und ſtad unſer unſen nachkomen und ſtifft offen ſloſſ ſin zu allen unſern noten und wers daz uns unſer nachkomen oder ſtifft Krieg antreffen, daz wir unſern Houbtman da hine ſendten der ſolde den obgenanten *Gunther Heinrich* und *Helwige* und iren erben den burgfriden ſweren, zu halten den ſie und ire burggenoſſe under einander haben. Wer auch daz ſy die vurgenante veſten von unſers oder unſer nachkommen und ſtifft krieges wegen verlorn daz Got wende ſo ſolde ſy uns verloren ſin, und ſolden wir oder unſer nachkommen und ſtifft ir gelt obgenant yn bynnen einem jare darnach allernehſt widdergeben unverzogenlich verloren ſy aber die veſten von ires krieges wegen ſo ſolden wir oder unſer nachkomen und ſtifft, yn getru-

truwelich darzu ſie behulffen und ſin uns widder daz wir die widder erkrigeten und ingewinnen und wan wir die erkriegeten ſo ſolden ſy die widder yn nemen und die fur ir gelt widder innehaben als vurgeſetzt ſtet. auch ſollen die vurgenante *Gunther Heinrich* und *Helwig* und ire erben alle unſer und unſers ſtiffts manne und burgmanne burgen und underſeſſen ſchirmen und hanthaben und blyben laſſen und behalden by allen rechten friheiten und gewonheiten als ſy biezher komen ſint und die von alter herbracht hant. Auch ſollent ſy unſer geweldt und geholtze, die zu dem obgenanten unſerm und unſers ſtiffts ſloſſe *drifurte* gehorent nit verkeuffen verfroenden noch nyman vorwuſten laſſen ſunder ſy ſollent ſy nutzen und gnyſſen zu aller beſcheidenheit zu aller irer notdurfft als viele als zu unſerme teyle gehoret ane alle geuerde und gebieten beuehlen und heiſſen auch veſtiglichen allen unſern und unſers ſtiffts burgmannen burgern und underſeſſen, die zu unſerme teyle unſers vurgenanten ſloſſes *dryfurte* burg und ſtat gehorent daz ſy den egenanten *Gunther Heinrich* und *Helwig* und iren Erben zu irer phantſchafft als lange ſy die ynnehant als vurgeſetzt ſtet und uns unſern nachkomen und ſtiffte zu unſer eygintſchafft gehorſam ſint uzgeſcheiden in allen dieſſ obgeſchriben ſtucken punckten und artickeln allerley argeliſt und geuerde des zu urkunde han wir unſer Ingeſigel an dieſen brieff tun hencken der geben iſt zu *Heiligenſtad* an dem ſonnabinde nehſt nach ſand *Laurentien* tage nach

Gotes geburte drutzenhundert jar darnach in dem syben und sesztigesten jare. Wann nu die vorgeschribene versatzunge, phantschafft und summe gelts, uff unser lieben getruwen *Apeln* und *Otten* von *Ebeleben* gebruder komen ist, so haben wir denselben *Apeln* und *Otten* und iren erben zu der vurgeschriben phantschafft und versatzunge unsers teyls unser slosse *drifurte* Burge und stad fur die egenante summe gelts achthundert und nun marck lotiges sylbers nach usswisunge der vorgenante briue mit rechter wissen unser verhengnisse und willen darzu geben und getan geben und tun geinwertlichen in Crafft dieses briues und sollen und wollen wir und unser Amptmann zu *Rusteberg* der zu ziten da ist, sie und die egenante unser slosse *Drifurte* getruwelich verteidingen und hanthaben zu allen iren noden als ander unser und unsers stiffts slosse Manne und Burgmanne ane geuerde. Des zu urkund ist unser jngesiegel an diesen Brief gehangen. Datum *Erfurd* dominica proxima post octavas Ephiphanie Domini Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo.

Di-

Diplomata
Ecclesiae Argentinensis
ab anno
MCXXIX — MCXCVII.
Ex originalibus & authenticis producta. *)

CLXXVI.

LOTHARIUS II. REX ROM. ARGENTINENSES CIVES A IURISDICTIONE LANDGRAVIALI ET A TRIBUNALIBUS EXTRA CIVITATEM DECLARAT IMMUNES. DATUM XX. JANUARII M. C. XXIX.

ex autographo im pfenning thurn (a)

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. *Lotharius* tercius (b) Dei gratia Romanorum Rex. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter fidelibus nostris civibus argentinensibus pro fidelitatis suæ constantia & integritate, & pro servitii sui devotione ac sedulitate predecessoribus nostris & nobis ad honorem regni bene servata & exhibita, constituimus, tradidimus, & auctoritate nostra regia, consensuque principum nostrorum confirmavimus institutum & jus quoddam, ut videlicet nullus eorum cujuslibet conditionis placitum aliquod, quod vulgo *Thinch* (c) vocatur, extra civitatem suam constitutum adeat,

*) vid. Tomus VII. novor. Subsid. Diplomaticorum pag. 1. sq.

vel prorſus ab aliquo cogatur adire, vel de aliquo ſibi impoſito ibi cuiquam reſpondere, niſi pro hereditatibus, vel aliis bonis, ſeu proprietatibus extra civitatem conquirendis, vel defendendis. De ceteris, ſi aliquis adverſus aliquem eorum aliquid habuerit, infra civitatem coram ipſius civitatis judicibus eum impetat, ibique ei reſpondeat & ſatisfaciat. Advocati etiam, quorum ſubditi, ſeu cenſuales, infra civitatem domos habuerint aut manſerint, cenſum debitum ab eis in civitate accipiant, & ſi ſuperſederint vel dare noluerint, juſtitiam vel ſatisfactionem coram judicibus civitatis infra ipſam civitatem inde accipiant. Huic vero inſtitutionis noſtræ traditioni interfuerunt ſubſcripti principes noſtri *Adelbertus* Moguntinus Archiepiſcopus, *Otto* Halberſtadenſis Epiſcopus, *Adelgotus* prepoſitus cum ceteris argentinenſis eccleſiæ, quam pluribus & religioſis ex clero viris. Ex Laicis *Godefridus* Comes Palatinus, *Wilhelmus* Comes Palatinus, *Fridericus* Comes Palatinus Saxoniæ, Comes *Sigebertus*, (d) Comes *Fridericus*, (e) Comes *Theodericus*, (f) Comes *Volmarus*, (g) Comes *Warnherus*, (h) Comes *Bertholdus*, Comes *Hermannus* de *Salmena*, Comes *Otto* de *Rinecge*, Comes *Lotharius* de *Are*, Comes *Arnoldus* de *Lon*. Advocatus ejusdem civitatis *Heinricus*, & patruus ejus *Sifridus*. Duo filii *Ottonis* de *Brochkircgen*, Comes *Sifridus* de *Saxonia*, Comes *Werinhardus* de *Steinesberch*. De Spiritualibus etiam Abbas morbacenſis. De miniſterialibus *Sifridus* urbis prefectus, *Rodolfus*, Cauſidicus, *Adelbertus* Vicedo-

cedominus, *Gelfradus* telonarius, *Vodelricus Wolframus*, *Hadebertus*, *Johannes*, *Herckerus*, *Volcmarus*, *Otto*, *Burchardus* puer, *Hugo*, *Waltherus*, *Humbertus*, *Wichgramus*, *Hugo*, *Robo*, *Reinmarus*, *Lentfridus*, *Heinricus*. Isti cum ceteris concivibus suis institutum hoc & jus a nobis promeruerunt. Et ut hec nostræ institutionis traditio firma permaneat jugiter & inconvulsa, omnium contradictione remota, regio banno nostro ea munivimus, hocque privilegium inde conscribi jussimus & impressione Sigilli nostri corroboravimus. Signum Domini *Lotharii* tercii Romanorum Regis Dei gratia invictissimi. Ego *Thietmarus* Regis notarius ad vicem *Adelberti* Archicapellani recognovi. Data XIII. Cal. Februarii, anno Dominicæ incarnationis M. C. XXVIIII, indictione VII, anno vero regni Domini *Lotharii* tercii regis Romanorum Dei gratia invictissimi IIII. Actum *Argentine* (i) feliciter, Amen.

(a) Excerpta hujus diplomatis dederunt *Schilter in notis ad Kônigshoven Chronicon p. 731. Obrecht in prodromo p. 298.* & *Lûnig part. spec. Cont. IV. part. 2. p. 725.*

(b) Ratio, quare *Lotharius* se ubique tum in diplomatibus tum etiam in sigillis tertium nominet, juxta *Heineccium* in *tractat. de Sigillis part. I. c. 9. §. 45. pag. 100.* dicitur, quod *Lotharium* filium *Ludovici* pij, deinde *Lotharium II.* filium *Lotharij I* prædecessorem habeat. *Besselius Chron. Gottwic. p. 331.* ait *Lotharium* inter omnes fere Imperatores & Germaniæ Reges Italis maxime addictum voluisse *Lotharium Hugonis* Comitis Arelatensis filium & seculo X. Italiæ Regem hoc numero

mero includere & ſic ex reſpectu ſe Tertium appellaſſe.

(c) per *Thinck* intelligitur judicium Landgraviale Comitum inferioris & Superioris Alſatiæ, à quo cives Argentinenſes eximit *Lotharius* Rex. Apud Thuringos dicitur *des Landgraven Dingſtul.* Hæc vero immunitas à tribunalibus extra civitatem inſtitutis cives Argentinenſes non ideo eximebat a jurisdictione temporali Epiſcopi Argentinenſis, ea etiam majori ratione, quod ipſi Epiſcopi in Urbe judices & Miniſteriales Urbis ſcilicet præfectus ſive Burgravius, Cauſidicus, Vice Dominus & Telonearius, qui, ut aſſerit diploma, *cum ceteris concivibus ſuis inſtitutum hoc & jus a rege promeruerunt.*

(d) *Sigebertus* Comes de *Werda.*
(e) *Fridericus* Comes *Phirretenſis.*
(f) *Theodericus* Comes *Nordgoviæ.*
(g) *Volmarus* Comes *Metenſis.*
(h) *Warnherus* Comes de *Habsburg.*

CLXXVII.

REGENHARDUS ET FRIDERICUS NOBILES DE CASTINETO FRATRIBUS ECCLESIÆ ARGENTINENSIS CONCEDUNT BONA IN RAVENTHAL, DANWILER ET SCHERWEILER, ABBATIÆ HUGSHOVIENSI DEIN TRADENDA. AN. M.C.XXX.VIII.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentis pagine ſcriptis notum eſſe volumus, quod quidam nobiles de *Caſtaneto* (a) *Regenhardus* & *Fridericus* divina

vina inſpiratione compuncti, terrena celeſtibus, caduca manſuris, parva pro magnis commutantes, predia olim poſſeſſa, vel ab ydoneis perſonis in manus fidei ad hoc ſibi commiſſa, pro remedio animarum ſuarum Domino *Jeſu Chriſto*, ejusque pie Genitrici Sancte *Marie* ſuper altare ipſius legaliter contradiderunt eo videlicet tenore, quatinus Hugonienſibus (b) jure hereditario remitterentur; *Regenhardus* vineam, molendinum cum prato ſibi adjacenti, *Fridericus* Capellam in Valle *Ratheri* (c) cum appendiciis ſuis, molendinum in *Tanwilare* (d) cum pratis & ſuis appendiciis, curtim cum molendino & cetera ſibi appendencia in *Scherewilare*, (e) quorum donationem ego *Gebehardus* Sancte Argentinenſis ecclesie miniſter indignus, mee perſone preſencia exornans ſuſcepi, ſuſceptaque officii mei poteſtate confirmavi, ac propter Abbatis Venerabilis, fratrumque ſuorum dilectionem, clauſtralium fratrum noſtrorum conſilio, *Conrado* Abbati, ſuisque in perpetuum ſucceſſoribus manu propria ſtabilivimus, ſic tamen ut pro cenſu annuali in feſto beati *Thome* apoſtoli ſolidum unum ſuper altare Sancte *Marie* ponatur. Siquis vero impoſterum vi vel arte hec infringere ſemel & iterum commonitus preſumpſerit, ab eccleſie liminibus ſecludatur, & niſi reſipuerit, eterni incendii pena a diſtricto judice domino *Jeſu Chriſto* dampnetur. Patrata ſunt hec anno incarnationis dominice M. CXXXVIII. preſulatus mei anno VIII. Teſtes qui aderant *Megenhardus* abbas *Maurimonaſterii*, *Otto* Salſenſis Abbas, *Otto* Abbas de *Altdorff*, *Adelgotus* prepoſitus

ſitus Domûs & Chorepiſcopus, *Karolus* decanus & Chorepiſcopus, *Bertolfus* cuſtos majoris Eccleſie, qui in preſenti cenſu accepit, *Theodericus* Comes Provincialis, (f) *Egeno* Comes, *Adalbertus* Comes, (g) *Fridericus* Comes, (h) *Walfridus* vicedominus, & frater ejus *Vodalricus*, *Adelbertus* Cauſidicus, *Regimarus* diſpenſator (i) *Guntberus* de *Stoufingin*, & alie per plures probabiles, nobilesque perſone.

(a) Nobiles ſcilicet de *Chatenoi* ſive *Keſtenholtz*, nomen deducentes ab oppidulo ejusdem nominis pertinente ad Capitulum Majus Argentinenſe.

(b) Monachi videlicet Abbatiae *Huguesboffen.*

(c) hodie *Raventhal* villula ſemileuca ab *Eckerich* diſtans ad Ducem Bipontinum pertinens.

(d) *Danweiler.* (e) *Scherweiler.*

(f) *Theodoricus* Comes Metenſis hic dicitur Comes provincialis, quia erat Comes inferioris Alſatiæ.

(g) *Adalbertus* Comes de *Habsburg* & Comes ſuperioris Alſatiæ.

(h) *Fridericus* Comes Phirretenſis.

(i) Germanice *Spender* nobilis vir ſic dictus ab officio diſpenſatoris (intendant de la maiſon) quo in aula Epiſcopi Argentinenſis fungebatur; orta inde eſt nobilis familia ejusdem nominis, quæ anno 1534. cum *Reimboldo Spender* milite tota interijt.

CLXXVIII.

CLXXVIII.

BURCHARDUS ARGENTINENSIS EPISCOPUS ABBATIAM SCHWARZACENSEM EXIMIT A THELONEO PRAESTANDO PRO VICTUALIBUS PER ARGENTINAM TRANSEUNTIBUS. AN. M. C. XLIII.

ex libro Salico Schwarzacenſi (a)

In nomine ſanĉte & individue Trinitatis, notificamus univerſitati tam preſentium quam futurorum, qualiter ego *Burchardus* Dei gracia Argentinenſis ecclefie epiſcopus pro reverentia beati *Petri* Apoſtoli & omnium ſanĉtorum apud *Schwarza* celebrium, remiſi venerabili fratri noſtro domino *Chunrado* Abbati prefati loci & ſucceſſoribus ſuis theloneum, quod erigebatur ab hominibus ſuis viĉtualia fratrum monachorum atque ſua propria per civitatem *Argentinam* transvehentibus; ita videlicet ut nullus miniſtrorum ſuorum, vel ſuccedentium ſibi abbatum, vel quisquam hominum illuc pertinentium & ibidem habitantium theloneum, atque aliquam exaĉtionem donent theloneario, ſeu alicui exaĉtori de civitate, nec de vino neque de qualibet fruge, nec quibuslibet animalibus, nec aliquibus rebus ſibi natis vel ubi jus ſive mercatura urbana, conquiſitis in domeſticis uſibus inſumendis, ſi forte vero quisquam praefatorum per mercaturae negotiationem ſe deducere & mercando augeri voluerit, per hanc manu firmitatem forenſem penſionem hujus noſtre

 civi-

civitatis atque juris evadere non valebit. hanc autem remiſſionem noſtram ne quiſquam perverſorum, ſeu ſucceſſorum noſtrorum immutare preſumat, privilegium hoc conſcribi & ſigillo noſtro conſignari fecimus, ut quicunque immutare preſumat, omnipotentis Dei indignationem & beati *Petri* apoſtoli vindictam in ſe ſentiat & incurrat. hec autem facta ſunt in conſiſtorio argentinenſi, conſentiente *Gelpherado* tunc theolenario, (b) anno incarnationis Dominice M. C. XL. III. indictione VI, epacta III. concurrente IV, preſentibus *Adelgotto* majoris domus prepoſito, *bertholdo* cuſtode, *Chunrado* Camerario, *Karulo* decano, *bertholdo* Cantore, *Hebehardo* fratre cuſtodis, *Heinrico* portenario & archidiacono. — *Harperto* Scolaſtico, *Eberhardo* archidiacono, *Reinhardo* Archidiacono, *Ludewico* archidiacono & cæteris fratribus; de Laycis vero perſonis *Heinrico* advocato, *Walfrido* vicedomino, *Walthero* ſculteto, *burchardo* puero, *Hugone* dapifero, *johanne* hugone de *porta lapidea*, *Odalrico* longo & fratre ſuo *Rudolffo*, *Symone* quoque & *Hugone*, *Gothefrido* & *Ottone*, & iterum *Ottone Walthero* miniſtro, *Anshelmo*, *Reinmaro*, *Ruthardo*, *burchardo Angeſele* & omnibus melioribus urbis. Acta ſunt autem regnante feliciter *Chunrado* glorioſiſſimo rege Romanorum ſecundo, anno regni ſui IIII. *Ludewicus* notarius ſcripſi.

(a) Charta hæc eſt anecdota; illam ad an. 1144. paucis verbis indicat *Wimphelingius de Epiſc. Argentin. p. 52. Guillimannus pag. 245.* & *Galliæ Chriſtianæ authores Tom. V. p. 799* & 876. ſed

in

in annum 1143. concordant indictio, epacta atque concurrens.

(b) in duobus diplomatibus *Henrici V.* Imp. datis mense januario 1123. in Argentinensi civitate una die 23 pro Abbatia Alpirsbacensi apud *Crusium Annal. Suevic. part. 2. p. 331.* & altero die 24. ejusdem mensis pro monasterio Waldkirchensi apud *Marian Austriæ sacra Tom. 2. p. 267.* inter testes, qui dicta diplomata subscripserunt, legitur *Gelfradus Telonearius.* In ipso etiam *Lotharij II.* pro eadem civitate Argentinensi an. 1129. diplomate inter *Ministeriales Ecclesiæ Argentinensis. . . cum ceteris concivibus suis,* post burggravium, Schultetum & Vice-Dominum testis interfuit *Gelfradus telonarius.*

CLXXIX.

CONRADUS III. REX ROM. CONFIRMAT PRIVILEGIA ET BONA HOSPITALIS PAUPERUM CIVITATIS ARGENTINENSIS. XI. JULII M. C. XLIV. (a)

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, *Cuonradus* divina favente clementia Romanorum Rex secundus. tum vere reges sumus, si quod hominum ore dicimus sollicita animi intentione adimplemus, si personam divitis non attendentes clamorem pauperum intra exauditionis effectum clementer admittimus, quocirca noverit omnium fidelium Dei & nostrorum tam futuri quam presentis temporis industria, quod interventum Charissime conjugis nostre & regni consortis *Gertrudis*

pe-

petitione etiam *Burgardi* argentinensis Ecclesie Venerabilis episcopi, Cleri etiam ac populi eiusdem civitatis precibus pia mansuetudine inclinati, Hospitale, quod ante portam templo majori oppositam edificatum est, (b) sub nostre regie tuitionis ac defensionis manum cum omnibus sibi attinentibus accepimus, tam videlicet ea, que ibidem ex fidelium largitione presenti tempore pertinere noscuntur, quam illa quæ in futurum de piorum elemosinis justis modis & rationibus ad eandem pauperum domum conferentur. Confirmamus itaque & per nostram immunitatem ab universorum hominum dominio ad hospitale predictum & usui pauperum emancipamus totum loci spacium, quod est exterius a coquina episcopi inter murum & fossatum usque ad proximam portam, ubi ipsum hospitale cernitur constructum; & unam curtem extra civitatem retro sanctum *Petrum*, (c) si tam ejus possessores octo uncias denariorum & octo gallinacios singulis annis persolvant, nisi eandem possessionem ex consensu heredum sub fructuosiori summa pensionis locari valeant; decimam quoque partem oblationis, quæ ad *sanctam crucem* (d) voto fidelium infertur, sicut episcopo & tota civitate annuente ad idem Xenodochium concessa est. Sed & curtem quandam in foro, juxta locum, qui dicitur *Saltzhoff*, de qua sub annuo censu sex quartalia tritici & duo quartalia leguminis solvuntur; sed & tabernacula, quæ vulgo lobia dicuntur, juxta murum versus portam, que dicitur Sellatori (e) Sed & unam curtem quot annis duos solidos

sol-

ſolventem inter eandem portam & proximum pontem ſitum, quorum collata ſumma in quatuor uncias & octo denarios (f) excreſcit, pari libertatis honore ad predictam Venerabilem domum roboramus. preterea duas curtes extra portam civitatis verſus ſanctum *Michaelem*; (g) & in villa *Schintigheim* manſum unum & unam curtem atque agrum unum, in villa quoque *Lampertheim* agrum unum, nec non in villa *Koenigshofen* agrum unum; locum etiam macellariorum (h) univerſæ civitatis conniventia ibidem contraditum; ſed & ſedem molendini juxta clauſtrum S. *Thome* cum neceſſario aque decurſu, ubi etiam molendinum conſtructum eſt; molendinum quoque in *Ostersweerdt* cum aquæ decurſu dimidio, de quo molendino fratribus S. *Thome* ſingulis annis viginti tres denarii ſolvuntur; atque duo jugera in *Höbnheimveld* ad prefatam peregrinorum & pauperum domum fidelium oblatione contradita ſtabilimus. hæc autem, quæ predicta ſunt, & cuncta quæ tam noſtris quam futuris temporibus frater *Odalricus*, qui ſepe nominato hoſpitali pia devotione famulatur, & omnes in perpetuum ejus ſucceſſores juſtis rationibus vel acquiſiverunt, vel acquirere poterunt, ſub tali regie poteſtatis privilegio ad predictam domum immunitate perenni roborando & muniendo confirmamus, ut nulla Eccleſiaſtica ſecularisve perſona jus aut poteſtatem habeat omnibus que ad hoſpitalem domum pertinent, vias publicas & uſum aquæ & paſcuorum interdicendi. & ut hec omnia perpetua firmitate rata ſint, nec alicujus præ-

præsumptionis infestatione convelli ullatenus possint, presentem paginam propriæ manus subscriptione roboratam sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Testes vero, qui interfuerunt, subter notari fecimus. *Burckhardus* argentinensis Episcopus, *Embrico* Wurtzburgensis episcopus, *Sigefridus* Spirensis episcopus, *Offliebus* basiliensis episcopus. *Wichboldus* stabulensis abbas, *Fridelo* augiensis abbas, *Waltherus* Salsensis abbas, *Fridericus* dux alsatiorum & Suevorum, *Conradus* dux, *Hermannus* marchio, *Heinricus* advocatus argentinensis. Signum Domini *Conradi* Romanorum regis secundi, Ego *Arnoldus* Cancellarius, vice *Henrici* moguntini archicancellarii recognovi, anno dom. incarn. M. CXLIV. indictione VI regnante *Conrado* Romanorum Rege secundo, anno vero regni ejus VI. data est *Argentinæ* V. Jdus julij, in Christo feliciter, Amen.

(a) Hoc diploma innovarunt an. 1281. *Rudolphus I.* & an. 1594. *Rudolphus II.* Impp. Autographa servantur in hospitali.

(b) *Burchardus* Ep. Argentin. in sua anni 1143 charta dictum hospitale adnotat quoque constitutum ad proximam portam contra monasterium.

(c) id est, retro ecclesiam collegiatam quæ hodie S. *Petri* junioris vocatur.

(d) id est, ad ecclesiam S. *Crucis* prope templum san-*Stephanianum* anno 1553. diruta est.

(e) sive *Sattlerpforte* idest porta sellaria quæ erat in vico dicto *Spiergass* de qua agit *Silbermann Localgeschichte* der *Stadt Strasburg pag. 29 & 30.*

(f) uncia hic evalvatur ad viginti denarios.

(g) scilicet versus capellam *S. Michaelis.*

(h)

(h) videtur esse planities illa, quæ hodie nuncupatur *Metzgeraue* sive plaine des bouchers, ubi hodiedum est adhuc hortus dicti hospitalis.

CLXXX.

WALTHERUS SELSENSIS ABBAS UDALRICO NEOBURGENSI ET EIUS ABBATIAE DECIMAM PRAEDII IN LAUBACH CONCEDIT. AN M. C. LI.

ex Chartulario Abbatiæ Neoburgensis fol. 24. (a)

In nomine sancte & individue Trinitatis, Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego *Walterus* Dei gratia Salsensis Ecclesie abbas, una cum credita mihi congregatione, domino *Vodelrico* eadem Dei gratia Venerabili abbati Nuwenburgensis ecclesie decimam de bono *Lobach* b) culto, vel adhuc inculto remitto, ea videlicet conditione, quatenus prenominatus abbas, ejusque posteri mihi meisque posteris, atque Ecclesie nostre novem maltra & presbytero de *Sweichusen* (c) tria mensure de *Paphenhove* (d) singulis annis respondeant persolvant. cum enim diutina inter nos haberetur controversia de prenominato bono, eidem abbati suisque fratribus a Duce *friderico* & comite *Reinboldo* (e) ad servitium Dei delegato & contradito, nobis per nostra privilegia de cultis & incultis decimam exigentibus, illis autem per sua privilegia renitentibus, tandem mediante caritate & petente prenominato abbate, communi

con-

consilio ea, quam prediximus, nobis placuit conditio. Facta sunt hec anno ab incarnatione Domini M. C. LI. *Rome* presidente Papa *Eugenio*, regnante rege *Chunrado*, sub Episcopo argentinensis Ecclesie *Burchardo*, Duce *Friderico*, advocato Ecclesie nostre *Hermanno*, (f) presentibus fratribus meis, *Waltero* custode Ecclesie & Decano *Bertolfo* Cellerario, *Eylolfo* Camerario, *Reinboldo* hospitario, presentibus testibus *Bosone* exactore, *Friderico*, *Arnulfo*, *Wernhero*, aliisque quam plurimis Monachis, Clericis & Laicis (g).

(a) edidit *Schoepflinus Alsat. Diplom. T. 1. p. 235.* sed non satis exacte.

(b) *Laubach* villula quadrante ab *Eschbach* distans, in qua ratione Abbatiæ Walpurgensis dominio & decimis gaudet Episcopale Argentinense seminarium.

(c) *Schweighausen* vicus fere totus ad D. *Kornmann* pertinens ad *Motram* supra *Hagenoam* situs.

(d) *Pfaffenhoven.*

(e) *Fridericus* Dux Alsatiæ & *Reinaldus* Comes Lucelburgensis, tunc temporis jam defuncti.

(f) *Hermannus III.* Marchio Badensis tunc erat Abbatiæ *Selsensis* Advocatus.

(g) In eodem chartulario & memorato fol. 24. extant litteræ, quibus *Ego Chunradus Argentinensis Ecclesiæ Archidiaconus querimoniam, quam contra fratres novi Castri super decimis in Lobach Venerabilis R. plebanus primo cum possedisset ecclesiam in Sweichus, movit facta compositione versus an. 1160. sopivit tempore Venerandi Abbatis Nendungi*, Ibidem quoque extant fol. 25. b. litteræ aliæ, quibus *T.* Decanus, *H.* Cantor, *B.* Thesaurarius *S. Andreæ* Wormaciensis judices

dices a ſede Apoſtolica delegati, anno 1228. compoſitionem ineunt *inter Abbatem & Capitulum novi caſtri ex parte una & cunradum plebanum de Swechuſen ex altera in controverſia inter eos orta ſuper decimis in curia dicti monaſterij, quod dicitur Lobach -- inſpectis & inſtrumentis & compoſitione longiſſimo tempore inviolabiliter obſervata inter monaſterium novi caſtri & monaſterium Salſenſe, ad quod ſpectat jus patronatus eccleſie antedicte videlicet Wechhuſen, accedente ad hoc pleno conſenſu omnium plebanorum, qui eidem eccleſie ſcilicet Wechuſen medio tempore prefuerunt. - - nomina vero teſtium, qui predicte ordinationi inter erant, ſunt hec, Suwaldus prior, Albertus Cellerarius joannes Supprior ſepe dicti monaſterij, Albertus plebanus de Dochendorf & tres ſacerdotes de Hagenowe Ebhardus, Wernherus, Cunradus. Datum apud Wormatiam an. Dom. M. CC. XXVIII. menſe Auguſto, indictione VI.*

CLXXXI.

BURCHARDUS ARGENTINENSIS EPISCOPUS CONFIRMAT BONA IN *BIETLENHEIM*, QUAE A CANONICIS ECCLESIAE SUAE COMPARAVERAT SIBI *NENDUNGUS* ABBAS NOVI CASTRI. AN. M. C. LVI.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego *Burchardus* Argentinenſis eccleſie epiſcopus in perpetuum. Exemplis Sanctorum patrum docemur commoditati religioſorum conſulere & eo-

rum profectui ex injuncto nobis officio, quantum possumus, sine detrimento tamen ecclesie, cui Deo auctore presidemus, providere. ea propter universitati tam futurorum, quam præsentium notum esse cupimus, quod abbas nomine *Neudunc* de *novo castro* & fratres ejus terram quandam incultam cum uno agro culto adjacenti in *bathenheim* marcha ad montes in perpetuam hereditatem sibi suisque successoribus a canonicis ecclesie beate *Marie*, quod est *argentine*, comparaverunt, redditis illis pro fregela tribus agris in *Wickersheim* marcha, predicti quoque fratres fratribus nostris beate *Marie* situlam vini & denarium domino mensururalis administrationis in *Wichersheim* de predicta hereditate annuatim persolvent. Incole enim predicte ville *Wickersheim* utilitatem nostre ecclesie in eo majorem esse asserebant & idcirco faciliorem a fratribus nostris meruerunt habere assensum. Acta sunt hec nobis presentibus & consentientibus preposito *Regenhardo*, *Petro* Decano, *Hatperto* Scolastico, *Lentfrido* Cantore, *Heinrico* Camerario, *Bertholdo* custode *Chunrado* Archidiacono ejusdem mensururalem administrationem in *Wickersheim* tenente, *Heinrico* portario & aliis confratribus; advocato quoque ejusdem ville *Wickersheim* Comite *Sigeberto* juniore assensum prebente, & aliis laicis quam pluribus attestantibus quorum nomina adnotare disposuimus, *Rudolpho* causidico, *Theodorico* burgravio, *Wernhero* Marschalco, *Ottone* Vicedomino, *Symundo*, *Walthero*, *Friderico*, *Johanne*. Facta sunt hec anno M, C. LVI. ab incar-

carnatione Domini Indictione IIII, regnante Imperatore *Friderico*, & ut hec rata permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione signare curavimus & banno confirmavimus.

CLXXXII.

BURCHARDUS EPISCOPUS ARGENTINENSIS *NENDUNGO* ABBATI *NOVI CASTRI* EIUSQUE ABBATIAE CONCEDIT CAPELLAM *ADAMSWEILER* CUM EIUS DOTE. AN. M. C. LVI.

ex chartulario Neoburgensi.

In nomine sancte & individue Trinitatis, ego *Burchardus* Argentinensis ecclesie episcopus quum Dei providentia statum ecclesie sue in diversis ordinibus preparare disposuit & eis dona virtutum distribuit, nos ex pastoralis officii dignitate monemur eorum magis providere utilitati, quorum intentio divine magis adheret speculationi. ea propter notum esse cupimus tam futuris quam presentis secli fidelibus, quod nos, communicato consilio religiosorum, Venerabili abbati *novi castri nendungo* ejusque successoribus & fratribus ibidem Deo servientibus capellam *adelmannes wilre* una cum ejus dote donavimus; preterea partem adjacentis silve, quam decursus duorum rivulorum utrumque ab adjacentibus finibus dividit, predictis fratribus tribuimus, unde nobis nostrisque

ſucceſſoribus annuatim unum denarium puri auri perſolvent. debet autem ille denarius habere pondus duorum denariorum, quorum viginti ſolidi valent marcam. de novalibus vero tam factis, quam ibidem futuris, ſacerdoti parrochialis eccleſie *de Stille*, en cepto mango dotali capelle, decimas exſolvant: ut autem hec in perpetuum firma permaneant cartam preſentis pagine ſigilli impreſſione ſignavimus, & ne quis eam infringere preſumat, ſub anathemate prohibemus. hujus rei teſtes aderant *Reinhardus* prepoſitus de domo, *Petrus* Decanus *Lentfridus* Cantor, *Bertholdus* prepoſitus de *Harelabe*, *baldewinus* ſacerdos *de Stille*; Laici quoque *Otto* advocatus de *Geroltesbecke Wolfelmus* Cauſidicus *de Stille*, *Albertus* de *Muzecbe*. Acta ſunt hec anno M. C. LVI. Indictione IIII. ſub rege *Friderico*, eodem duce Alſacie, regnante Domino noſtro *Jehſu Chriſto*.

CLXXXIII.

ENGELSCALCUS ABBAS WEISSENBURGENSIS *NENDUNGO* ABBATI NEOBURGENSI EIUSQUE ABBATIAE CAPELLAM *PFAFFENBRONN* CUM DOTE CONCEDIT. AN. M. C. LVII.

ex chartulario novi caſtri.

Quoniam rerum geſtarum ſeries & ordo antiquitate temporum, viciſſitudine ſuccedentium ſepius immutatur, oblivione diutina aboletur,

tur, aut obnubilatur, ut firma sint & illibata permaneant, que pie gessimus scripturarum memorie necessarium duximus commendare. Notum sit igitur tam futuri, quam presentis temporis fidelibus, quod ego *Engelscalcus* Dei gracia Leucopolensis Abbas capellam *papbenburnen* cum dote, cum quatuor mansis adjacentis terre, quam Virginibus sacris apud *regium pontem* Deo famulantibus quorundam fidelium non precio motus, sed precibus hereditario jure concesseram, nos denuo tibi frater dilecte *Neudunge novi Castri* Abba, ceterisque tuis fratribus tuisque successoribus predictarum rogatu feminarum, communicato consilio fratrum, eadem justitia, eadem misericordia sine omni decimarum exactione possidendam in evum concedo, ita tamen ut pro diversis justiciis una sit justicie tue racio, LXXX. videlicet argenteorum argentinensis monete oblatio, quam minister beati *Michaelis* de monte in *beati Martini* recipiat solempnitate, ne quis igitur temerarius bonorum actuum invidia hanc nostri scripti cartulam infringere, aut mutare presumat, sigilli nostri impressione quasi purissime veritatis attestatione prohibemus. Acta sunt hec anno ab incarn. Dom. MCLVII. indictione V. his testibus *Gundelao* Camerario *Gerlao* Cellerario *Warmanno* Decano, *rodegero*, *Wernhero*, *Hugone*, *Adelberto*, *Alexandro*, *Lamperto*, *Erenfrido*.

CLXXXIV.

GUNTHERUS EPISCOPUS SPIRENSIS MANSUM UNUM IN HOECHSTETT AB ECCLESIA MULBRUNNENSI TRANSLATUM CONFERT ABBATIAE NEOBURGENSI. AN. M. C. LVIII.

ex Chartulario novi caſtri.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego *Guntherus* Dei gratia Spirenſis epiſcopus. Notum facio tam futuri quam preſentis ſeculi fidelibus, quod manſum unum ſitum in *Honſcheit* in epiſcopatu Argentinenſi & conterminum poſſeſſionibus Cenobii, quod vocatur *novum caſtrum*, a *Wernbardo* de *danne* homine noſtro ipſo mihi reſignante recepimus & eccleſie Mulenbrunnenſi ſub *Dietero* ejusdem loci primo abbate donavimus, ea conditione, quod abbas *Neudungus* de *novo caſtro* eundem manſum de manu ſupradicti abbatis ſuſciperet ſub duarum denariatarum Cere cenſu & tam ipſe quam ſui ſucceſſores perpetuo jure poſſiderent & pro me cunctisque ſucceſſoribus meis jugiter orarent. Acta ſunt hec anno ab incarnatione dom. M. C. LVIII. indict. VI, regnante dom. *Friderico* Imperatore glorioſiſſimo, his teſtibus *Egenone* comite de *Vebingen*, *Chunrado* Comite de *Calwe*, *Wecelone* comite de *Grecingen bertoldo* de *Eberſtein*, *Belrino* de *Crenbeke*, *Wecelone* de *Bergen*, *Bertholdo* advocato de *Bretheim*, *Heinrico* de *Merſce*, *Odoacro* frater ejus, aliisque quam pluribus ingenuis & fiſcalinis.

CLXXXV.

MATHILDIS ABBATISSA ANDLAVIENSIS MONIALIBUS IN *SINDELSBERG* RIVULUM *CLINGENBACH* CONCEDIT. DAT. ANNO M. C. L. VIII.

Ex autographo tabularij Abbatiæ Andlavienſis.

† In nomine ſancte & individue Trinitatis. quia generatio preterit, & generatio advenit, evo temporis intercidente, cuncta mortalium geſta facile abolentur, niſi litterarum ſuffragiis commemorentur. Ea propter ego *Mathildis* Dei gracia abbatiſſa de *Andelaba* congruum duxi litteris mandare, poſteriorum memorie notificare beneficencie opus, quod ſororibus noſtris ſanctimonialibus, videlicet *Sindelesberch* conſtitutis contulimus. Cum prefate Dei ancille aque penuria nimium laborarent, frequenti peticione rogaverunt, ut tranſitum eis aque ductus cuiusdam rivuli, qui *Clingelbach* dicitur, per terminos poſſeſſionis Eccleſie noſtre que *Byrcke* (a) nuncupatur concederemus. Quarum neceſſitatem pie attendentes, Domini eciam Imperatoris *Friderici* bonam voluntatem adimplere cupientes, qui legatum ſuum pro eis precatum direxerat, aſſenſu ſororum noſtrarum, aſſenſu advocati noſtri *Hugonis* Comitis, (b) conſenſu canonicorum conſenſu eciam miniſterialium, & peticione familie prefatum eis aque ductum in perpetuos uſus conceſſimus, ea tamen lege condicionis, ut ſingulis annis menſuram olei, quam viertel vocant, eccleſie noſtre & advocato duos

duos denarios argentinensis monete censuali persolvant jure, & ut hec tradicio, vel concessio stabilis & inconvulsa per e...m permaneat, cartam hanc inde conscribi & sigilli nostri impressione eam fecimus roborari, adhibitis testibus, quorum hec sunt nomina: Dominus *Cunradus* abbas Venerandus, *maurimonasterii*, ejusdemque loci sepedicti *Sindelesberch Wolframus* prior, *Rudolfus* magister earundem monialium, cujus industria atque sollercia hec omnia sunt perpetrata, *Wernherus* prepositus, *Bertha* magistra monialium, *Otto* advocatus, (c) *Hetzel* de *Wangen*, (d) *Reinherus* causidicus, *Woffelguth*. Hii ex illa parte. *Otto* Canonicus, *Sigefridus* Clericus de *Wascelheim*, *milo* de *Kirheim*, *Gothefridus* advocatus de *Birche*, *Adelgoz* de *Chirheim*, *Erchenboldus*, *Bernherus* vicedominus, *Helfericus* & *Boemundus* de *Marley*, & alii quam plures. Actum publice *Andelaha* in presencia cleri ac populi, anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octavo. Indictione sexta, *Adriano* tertio papante, *Friderico* cesare, invictissimo regnante, *Burchardo* argentinensi Episcopo.

(a) Hodie vicus *Birckwald* feodum Abbatiæ Andlaviensis nobilibus ab eodem loco nominatis de *Birckwald* concessum.

(b) *Hugo* Comes Metensis & Dagsburgensis.

(c) *Otto* de *Geroldseck* advocatus Monasteriorum de *Maurimonasterio* & de *Sindelsberg*.

(d) Auctor familiæ nobilis de *Wangen* in Alsatia adhuc florentis.

CLXXXVI.

CLXXXVI.

FRIDERICUS I. IMP. ABBATIAE NEOBURGENSIS BONA ET POSSESSIONES CONFIRMAT, EIDEMQUE PASCUA ET USUS LIGNORUM IN SACRA SYLVA CONCEDIT. DAT. XXVII. FEBR. M.C.L.VIII.

Ex chartulario Abbatiæ Neo-Caſtrenſis (a).

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *Fridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Pium deſiderium, quod ad religionis propoſitum pertinere cognoſcitur, imperialem benignitatem libenti animo decet concedere, & in omnibus ſuffragium & levamen præſtare. Notum ergo eſſe volumus omnibus *Chriſti*, Imperiique noſtri fidelibus tam futuris, quam præſentibus, quod nos locum, qui dicitur *Nuvenburch*, a *Reginoldo* comite de *Luzelnburch* & beatæ memoriæ *Friderico* Duce patre noſtro ordini Ciſtercienſi contradictum, quia etiam hæreditario jure ad nos ſpectare videtur, in protectionem & defenſionem noſtræ imperialis majeſtatis ſuſcipimus cum omnibus rebus ſuis, tam mobilibus quam immobilibus, quæ ad noſtra usque tempora juſte ac legitime poſſederunt. adijcientes etiam ut quascunque poſſeſſiones, quæcumque bona idem ſupradictus locus in futurum donatione fidelium, ſeu oblationibus eorum, aut quibuslibet aliis legitimis modis, præſtante Domino, poterit adipisci, firma & illibata permanere cenſemus, excepto quod miniſteriales noſtros & homines noſtros

fiscalinos & prædia eorum sine nostra permissione de cætero non recipiant, concessimus etiam eidem prædicto loco & in perpetuum donavimus, ut animalia eorum utantur pascuis in sacra sylva, ovibus tantum exceptis, ligna vero ad omnium Officinarum suarum ignem faciendum similiter eis concessimus, ad ædificationem autem domorum ligna non nisi ex consignatione & permissione ministri nostri accipiant, loca autem quæ in præsentiarum possident, propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem *Geboltesbusen* (b) cum appendiciis suis, curtem *Lobach* (c) cum appendiciis suis, curtem *Wilinbach* (d) cum appendiciis suis, curtem *Hohenscheit* (e) cum appendiciis suis, curtem *Pfaffenburnen* (f) cum appendicis suis, curtem *Suvelnheim* (g) cum appendiciis suis, curtem *Hekenheim* (h) cum appendiciis suis, curtem *Harthusen* (i) cum appendiciis suis, curtem *Geruta* (l) cum appendiciis suis, curtem *Buthenheim* (m) cum appendiciis suis, curtem *Adelmans willere* (n) cum appendiciis suis, curtem *Robach* (o) cum appendiciis suis, porro quidquid apostolica Cisterciensi ordini indulsit clementia, prædicto loco nostra imperiali confirmamus auctoritate. Si quis ergo in posterum huic nostræ confirmationi temere contraire tentaverit, si reatum suum infra quadraginta dies congrua satisfactione non correxerit, banno nostro se innodatum noverit, & quinquaginta libras auri purissimi componat medietatem Cameræ nostræ, & medietatem ecclesiæ, cui damnum intulit. Testes quoque idoneos ad confirmationem

tionem hujus nostræ paginæ subter notari fecimus, quorum nomina hæc sunt. *Conradus* Comes Palatinus Rheni, *Hermannus* marchio de *Baden*, Comes *Sygebertus*, (p) *Ludovicus* de *Wirtenberg*, *Burchardus* de *Wibersheim*, (q) *Rudegerus* advocatus, *Waltherus* (r) Dapifer. Ego *Rainaldus* cancellarius nomine *Arnaldi* Moguntini archiepiscopi & archicancellarii recognovi. Datum *Hagenove* (s) tertio Kalendas Martii, indictione quinta, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, regnente domino *Friderico* Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus sexto, Imperii vero tertio, signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris invictissimi. (t)

(a) *Schöpflinus* hanc chartam edidit Alsat. Diplom. T. 1. p. 246. sed cum aliquibus mendis.

(b) *Geboltzheim* pertinet ad D. de *Krebs* & de *Herisheim*.

(c) *Laubach* pertinet ad seminarium Episcopale Argentin.

(d) *Willenbach* vicus hodie villula dicta *Velbacherhoff* sita in parochia *Dieffenbach* spectat ad Principem Hasso Darmstadiensem.

(e) *Höchstett* præfecturæ Hagenoensis vicus.

(f) *Pfaffenbrunn* villula semileuca distans a monasterio destructo *Marienbrunn* dicto.

(g) *Suffelnheim* præfecturæ Hagenoensis.

(h) *Hegeney* prope *Morsbronn* & *Laubach*.

(i) *Harthausen* ab *Hagenau* distat leuca.

(l) *Gerute* sive *Critt* Romanice *Neufbois* pertinet ad Summum capitulum Argentinense.

(m)

(m) locus necdum notus.

(n) *Adamsweiler* prope *Luzelstein* pertinens ad Ducem Bipontinum.

(o) *Rohach* sive *Rothbach* a castro *Lichtemberg* leuca distat in dynastia oberbronnensi.

(p) *Sigebertus* Comes Werdensis.

(q) Ex familia nobili Alsatica de *Weyersheim* hodie extincta.

(r) Advocatus scilicet oppidi Hagenoensis quem *Schöpflinus Alsat. Illustr. Tom. II. p.* 558. inter Alsatiæ Advocatos provinciales (Landvögt) numerat. Dicitur in Chartis annorum 1165. & 1189. *Rudegerus* Advocatus de Hagenowe.

(s) Villam *Hagenowe* a *Friderico Coclite* Alsatiæ Duce sub *Henrico* V. Imp. (& ideo inter an. 1105. & 1125) fundatam & jure suo fulcitam tradit *Friderici* Ducis filius *Fridericus I.* Imperator in autographo diplomate, quod ipse anno 1164. Hagenoensibus tradidit.

(t) In charta autographa *Ebirhardi* Monachi Fuldensis circa an. 1158. conscripta apud *Schannat* in *Clientela Fuldensi* pag. 197. memoratur inter principes, qui suis habebat temporibus beneficia de monasterio Fuldensi, ipse Imperator *Fridericus*, qui quondam Dux nobilissimi Ducis *Friderici* filius, non solum Patris beneficium in Alsatia habuit sed & *Dipoldi* Marchionis beneficium tenuit.

CLXXXVII.

CLXXXVII.

ERPHO ABBAS NOVILLARENSIS *HUGONI* COMITI DE DAGSBURG ADVOCATO PRATA QUÆDAM PROPE *DOSENHEIM* CASTRO WARTENBERGENSI ADIACENTIA CONCEDIT. Dat. anno M. C. L. VIII.

Ex Autographo tabularii Neovillarensis. (a)

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum facio ego *Erpho* abbas Novillarensis Ecclesiæ tam futuris quam presentibus, qualiter comes *Hugo* de *Dagesburc* principalis advocatus nostræ abbatiæ ex Metensis Episcopi beneficio ad nos cum plurimis honorabilibus personis venit, & ut quædam prata Warthenbergensi castro (b) adjacentia, sed ad jus & ad reditus curtis nostræ *Dossenheim* (c) pertinentia, ei pro annuali censu permitteremus, rogavit, Nos vero, quia nostrum est, res nostræ Ecclesiæ potius augmentare, quam alienare, nec hereditario nec censuali jure, prata pro quibus rogabat, voluimus permittere, ea præsertim intentione ne mansionarius curtis prædictæ, ad quorum jura & usus eadem prata pertinebant videremur injuriam facere, vel vectigal nostrum diminuere. Nobis autem ob prædictam causam assensum petitioni comitis denegantibus, mansionarii ejusdem curtis nostræ quicquid juris in pratis possederant abdicantes, comiti ea permiserunt, ea scilicet conditione, ut nec ipsi, nec eorum posteri quicquam de solito reditu huobarum diminuerent, & ut ipsi justitiam annualis pascue, quae vulgari no-

nomine Coppelweida dicitur, quam advocato debebant, deinde relaxatam haberent. Verum ut nos retenta omni proprietate noſtra in eisdem pratis id permitteremus, praedictus comes advocatus noſter *Hugo* dato Sacramento fidei tam ſuae, quam ſuorum fidelium confirmavit, quod nec curſum fluvii noſtri *Seinzele* (d) quoquam diverteret, vel locum molendinorum, vel jus piſcationis aliqua arte, vel per ſe, vel per ſusfectam perſonam impediret. Quin inſuper praeter fidei ſacramentum obſides nobis domnum *Ottonem* de *Geroldiſeke*, (e) *Hezelinum* de *Wangen* (f) *Volcmarum* de *Mittbilbuſen* (g) *Albertum* de *Heroldesheim* (h) inſtituit, ut ſi forte, quod abſit, praevaricator datae fidei fieret, ſupradicti obſides in villam hanc, Novillarenſem videlicet, & in poteſtatem noſtram pro fide commoniti venirent, nec usquam ſine noſtri licentia ex villa, niſi condigna ſatisfactione recepta, abirent. Hoc autem nulli dubium ſit, quod haec prata, de quibus ordinem digeſſimus, infra hanc notatam metam poſita ſunt, infra rivulum ſcilicet, qui eſt ſecus molendinum *Diemari* & pratum domni *Ottonis* iſtius loci minoris advocati. Factum eſt autem hoc Cyrographum anno ab incarnatione domini milleſimo, centeſimo quinquageſimo octavo, regnante glorioſo Ceſare *Friderico*, anno regni ejus ſeptimo, coram his teſtibus. Asfuit dominus *Sigefridus* prior, *Sigeboldus*, *Fridericus*, *Otto* advocatus, fraterque ejus *Gundelbertus*, *Albertus*, *Volcmarus* & manſionarii ipſorum pratorum, aliique quam plures. Ne autem quis temerarius malitia cecatus hanc Kartam infringat,

gat, predicti comitis *Hugonis* noſtri principalis advocati ſigilli inpreſſione confirmavimus & noſtri.

(a) Edidit *Schöpflinus Alſat. Dipl. T. 1.* p. 247. ſed non omnino correcte.
(b) Caſtrum *Wartenberg* exiſtebat olim in vico *Doſenheim* ubi ejusdem caſtri adhuc apparent veſtigia. Nomen hoc cum caſtro interiit.
(c) *Doſenheim* ad *Zinſelam* ſitus quadrante a Neovilla diſtat pertinens ad Marchioniſſam de *Roſen*. Collegiata Neovillarenſis ibi habet decimas.
(d) *Zinſel* rivus.
(e) *Otto* de *Geroldſeck* in Voſago.
(f) idem eſſe videtur, qui *Hecel* de *Wangen* in Charta *Burchardi* Epiſcopi an. 1147. pro monaſterio Sindelsbergenſi memoratus.
(g) Familia nobilis de *Mittelhauſen* an. 1634. interijt cum *Philippo Reinhardo* gentis ſuae ultimo Neovillae ſepulto.
(h) *Ernolsheim.*

CLXXXVIII.

ERPHO NEOVILLARENSIS ABBAS PRAEDIUM *MULBACH* TRANSFERT IN *NENDUNGUM* ABBATEM NEOBURGENSEM. Dat. Anno M. C. L. IX.

Ex autographo Collegiatae Neovillarenſis. (a)

Cum ex minima oblivionis ſcintillula variatio rerum oriri poſſit non parva, optimum eſt ea, quae fiunt dicto, confirmari ſcripto. Igitur ego *Erpho* Novillarenſis Eccleſiae proviſor qualiscun-

cunque, ne posteros queat latere conventionem, quam cum domino *Nendungo* de *novo Castro* abbate, suisque fratribus, nostrorum fratrum consilio, fecimus, scriptis adnotare curavimus. nostris quidem accidit temporibus, quod beate memorie provincialis comes *Theodericus* (b) humanae concedens naturae ingressus est viam carnis universae. Pro cujus absolutione animae filii sui una cum filia & matre eorum (c) predium *Mulinbach* (d) Deo sanctoque *Petro* apostolo, *Novillarensi* patrono fratribusque inibi Deo famulantibus funditus in proprietatem obtulerunt. verum nos positione loci longe a nobis semoti minus nobis prodesse considerantes, a praefato *novi Castri* abbate domino *Nentungo* videlicet, suisque fratribus octo talentis pro beneficio receptis hoc ipsum prenominatum predium, retenta omni proprietate, hereditario jure concessimus, tali condicione, talique tenore, ut annuatim in ejus anniversario, qui est nonis Septembris pro ipsius animae requie quatuor unceas nostro in Claustro fieri oblationes defunctorum recipienti repraesentent, ejusque obitum in Katalogo scribi faciant. Utque filius ejus provincialis Comes *Godefridus* ejusdem praedii sit advocatus & tutor, non exactor, sed protector & defensor. Factum est autem hoc Cyrographum anno ab incarnatione Domini M.C.L.IX. regnante glorioso Cesare *Friderico*, anno regni ejus VIII. coram his testibus. Domnus *Sigefridus* prior interfuit. *Sigeboldus*, *Godefridus*, *Fridericus*, provincialis Comes, *Godefridus*, *Otto* advocatus, aliique quam plures, ne autem quis temerarius hanc Kartam

tam infringere praeſumat, noſtri praedictique abbatis impreſſione ſigilli & quibusdam laudatis Literis (e) aſſignavimus, ſummitatibus earum, ut coram cernitur, obmutilatis, reſervandam utrisque partibus.

(a) Confer. *Schöpflinus* Alſat. Dipl. Tom. I. p. 248. ubi quaedam emendanda reperies.

(b) *Theodoricus* Comes inferioris Alſatiae obijt circa an. 1150, ut probat charta Neoburgenſis Abbatiae qua fundatur anniverſarium pro remedio animae provincialis Comitis *Theodorici* haud ita pridem defuncti. *Schöpflin.* Alſat. illuſtr. T. 2. p. 485.

(c) Uxor & filii Comitis *Theodorici* ignoti, praeter *Godefridum* qui patri in Comitatu provinciali inferioris Alſatiae ſucceſſit, ignota quoque eſt *Theodorici* filia; illam *Sigeberto* de *Werda* in matrimonio fuiſſe collocatam non abſone opinatur *Schöpflin* l. c.

(d) *Mühlbach* feodum Eccleſiae Argentinenſis Principi de *Rohan - Soubiſe* conceſſum, Girbadenſis Dynaſtiae vicus.

(e) Conſulatur nota ad Chartam *Erphonis* Abbatis an. 1157. legenda.

CLXXXIX.

CHARTA *CONRADI* PRAEPOSITI ECCLESIAE S THOMAE ARGENTINENSIS DE SEX ECCLESIAE SUAE AGRIS IN *MUTZIG* SITIS. Dat. Anno M C.L.IX.

Ex tabulario Collegiatae S. Thomae Argentinensis. (a)

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Ego *Conradus* praepositus ecclesiae Sancti *Thomae*. Antecessorum nostrorum vestigia sequentes posteritatis memoriae scripto imprimimus ea, quae sub oculis acta sunt, ne antiquitas offuscet, quae pagina declarare potest. Ea propter sequacibus nostris intimamus, quod *Hug Walion*, *Heinrich* de *Muczuche* & *Cono*, similiter *Cono de Wege* (b) VI agros in predicta villa *Muczuche* (c) sitos in loco, qui dicitur *Wolfgotesegerde*, a Canonicis sancti *Thomae* sibi, suisque successoribus in perpetuam hereditatem susceperunt, eo videlicet pacto, ut annuatim tertiam partem vini, quod ex Labore eorum in predictis agris provenerit, prefatis fratribus persolvant. acta sunt hec sub presentia nostra, *Engelberto* Decano, *Rodolfo* Custode, *Godefrido* cellario, *Godefrido*, *Conrado*, *Hessone*, aliisque confratribus assentientibus unde & nos hance cartam memorialem conscribi jussimus, & sigillo ecclesiae Sancti *Thomae* eam munivimus. Anno MCLVIIII. ab Incarnatione Domini Imperatore *Friderico* advocato ejusdem Ecclesiae, & Episcopo *Burchardo* argentinensi, cum aliis

aliis principibus in Longobardia *Cremam* *) expugnantibus; attestantibus preposito *Brunone Avellanensis* (d) ecclesiae, & *Adelberto* Causidico ejusdem villae *Muczuche*.

(a) vid. *Schöpflinus Alsat. Dipl.* T. 1. p. 248.

(b) *Wege* vicus prope *Hermolsheim* hodie destructus incolis ejus in *Mutziga* transplantatis.

(c) *Mutzig* oppidum Episcopi Argentinensis.

*) Apud *Goldast constit. Imper.* Tom. 1. p. 270. extat edictum *Friderici* Imp. de electione Romani Pontificis Datum XVI. Septembris 1159. in obsidione *Cremal*.

(d) id est: *Haselacensis Ecclesia*, quae in quibusdam seculi XII. chartis dicitur *Avellana* seu *Avellanum*.

CXC.

HAZIGA ABBATISSA ANDLAVIENSIS DE MISERO STATU ABBATIAE SUAE. c. annum M.C.LXI.

Ex libro salico Abbatiae Anlaviensis fol. 2.

Noverint omnes Christi fideles tam posteri, quam presentes passiones, quas ego *Haziga* paupercula Christi & beate *Richkardis* in Andelacensi ecclesia pertuli ab inimicis pacis & servicii Dei, quas ideo sub brevitate perstrinxi, ut non sit onerosa auditoribus prolixitas narracionis, & tamen ex hujus pagine inspectione ad omnium edificacionem detractorum perfidia contra veritatem &

 ju-

justiciam falsitate subnixa innotescat. accepta post canonicam electionem a Domino meo *Friderico* Imperatore prefate Ecclesie potestate, (a) eos mihi ad pertractanda negocia consiliarios elegi, qui ceteris in eadem eo aetate & sapientia maturiores, maxime autem ad divini cultus reformacionem, ad ablatorum requisitionem, redituum quoque suis temporibus collectionem videbantur utiliores. cum autem quasdam inutiles consuetudines de claustro extirpare & secundum regulam Sancti *Benedicti* vitam & ordinem Sororum mearum informare vellem, non solum ipse sorores, sed eciam hii, quos ad ea facilius faciendum elegeram, ad impediendum propositum meum unanimiter restiterunt, & dum frustra conarentur ad maculandam familiam persone mee linguas suas exacuerunt, & que ego, teste Deo & hiis qui noverint conscientiam meam nunquam volui, vel ad faciendum cogitavi, mihi instinctu Spiritus mendacii coram omnibus imposuerunt; quo audito non multum gravabar, positis in Domino & in conscientia spe & fiducia mea, sed ad promovendam voluntatem meam in ecclesia & exteriora disponenda ad modum sollicita fui. Unde *Bernberus* de *Barre* accusatus a sociis suis quindecim marcas Ecclesie subtraxisse, eo tempore quo abbatia vocabat, sueque fidei male commissa erat, & in ipsa villa quedam curtilia cum horto sibi violenter usurpasse, ex precepto Domini mei Imperatoris ab advocato *Hugone* & ministerialibus usque ad emendacionem sex vicibus Iudiciali sentencia compulsus est. Que dum ab eo per legitimas inducias exigeretur in pro-

proxima nocte post diem dominice resurrectionis monasterium & claustrum cum officinis sibi adjacentibus ac tota fere villa combusta sunt, & una de sororibus, que Decana dicebatur, mane inter carbones inventa, de quo prefatus *Bernherus* propter judicium & Satisfactionis subterfugium suspectus habebatur. unde statim supra occasione sorores, paucis exceptis, de *Andela* recesserunt, & in maxima penuria & defectu tam Layci quam clerici reliquerunt me desolatam, & quod me miseram magis urgebat, centum triginta quinque marcarum & quinque solidorum debito obligatam. Ego autem considerata Omnipotentis Dei ineffabili bonitate & clemencia, adhuc perseverans in proposito meo per ipsius adjutorium, Impetratis a Domino meo sororibus de cenobio Sancte *Walpurgis*, divinum servicium cujus defectu maxime turbata eram recuperavi & eisdem juxta monasterium pro loco & tempore satis conveniens habitaculum preparavi & in curia abbatisse duo cellaria & super ea cenaculum & estuarium in camera sibi contigua nec non eciam horreum in eadem curia cum magna expensa perfeci, & in eodem anno prenominatum debitum reservatis michi & sororibus ad victum & vestitum necessariis maxima ex parte persolvi, consilio & auxilio *Bernheri* de *Oderatesheim*, qui iis omnibus interfuit, & pro singulis negociis contra voluntatem aliorum satis, ut videbatur, fideliter laboravit. Interim ergo multa gravamina a Scultetis sustinui, qui debita servitia persolvere noluerunt, pro quo eciam Domino meo nuncios cum litteris in Longobardiam sepe transmisi,

misi, (b) ejusque mandata ad ipsos pro satisfactione frustra impetravi, & tamen convencione facta tum architectis pro reparacione monasterii, tum ex elemosinis fidelium *Christi*, tum ex reditibus ecclesie XXVIIII talenta dedi, & totum monasterium ad unum latus inferius & particulam &c. *reliqua desunt in libro Salico.*

(a) circ. an. 1159 vel 1160.
(b) circ. annum 1161.

CXCI.

BULLA *VICTORIS* III. ANTIPAPAE, QUA CONFIRMAT PACTUM INTER *ERPHONEM* ABBATEM ET MONACHOS ABBATIAE NEOVILLARENSIS EX UNA ET INTER *PHILIPPUM* DISPENSATOREM ET CANONICOS COLLEGIATAE S. ADELPHI EX ALTERA PARTIBUS INITUM. Dat. V. Aprilis M. C. LXII.

Ex autographo Collegiatae Neovillarensis (a).

V*ictor* Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Abbati *Erphoni* Sancti *Petri* Novillarensis & *Philippo* dispensatori Ecclesie sancti *Adelphi*, eorumque successoribus in perpetuum. Officii nostri decet valde propositum, que ab aliquibus Ecclesiarum prelatis nostro mandato inter altercantes judicio, vel pacto rationabiliter decisa fuerint, collaudare, & ne aliquorum temeritate in futuro valeant immutari, eis apostolice sedis aucto-

ctoritate perpetue firmitatis robur impertiri. Ea propter dilecti in Domino, filii *Erpho* abbas & *Philippe* dispensator quieti vestre, & fratrum ac successorum vestrorum salubriter in posterum providentes, pactum sive compositionem, quam nostro mandato dilecti filii nostri *Gerlandus* florefensis & *Bertholdus* de *Altborfe* abbates de controversia, que inter te, fili abbas, cum fratribus tuis, & *Philippum* dispensatorem cum Concanonicis suis agitata est, statuerunt, & scripto sigillis eorum signato ad sequentium memoriam annotaverunt, apostolice sedis auctoritate confirmamus, & presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut prebendarum ecclesie sancti *Adelfi* procuratio, sive provisio integre & absque alicujus Electione in abbatis arbitrio & potestate sit, excessus quoque Canonicorum quos inter se ipsi privatim emendare non poterunt, abbas praecipue ac specialiter, sicut antiquitus constitutum fuit, emendabit. Preterea si quando ex fratribus Sancti *Adelfi* unus, vel plures decesserint, infra triginta dies alii substituentur & prebendarum stipendia fratrum defunctorum pauperibus distribuenda singulis diebus super mensam abbatis in refectorio ponentur. Transacto vero triginta dierum spatio, si numerus fratrum non fuerit adimpletus, fratres superstites ab abbate substitutionem fratrum exigent, & si negare abbas voluerit, de jure hoc facere compellatur, & post prefixum terminum prebende vacantes in commune reddigentur, donec fratrum numerus adimpleatur. Dispensator vero prebendarum administrationem ab abbate suscipiet, &

 fide-

fidelitatem ei faciet. Quod ſi poſt ſuſceptam amminiſtrationis curam in amminiſtrando infidelis inventus fuerit, ſi ſemel & iterum ab abbate commonitus non reſipuerit, licebit abbati, illo depoſito, alium de jure conſtituere diſpenſatorem. Obedientiam autem pro ſuſceptis beneficiis prebendarum tam ipſe diſpenſator, quam reliqui fratres abbati devote promittere debent & humiliter exhibere. Poſt obitum vero abbatis, a ſucceſſore ipſius diſpenſationem ipſam diſpenſator repetet, & in ejus erit arbitrio concedere, vel non concedere. Campanarium, ſive manſionarium, & piſtorem, ſive villicum abbas inſtituet, & quotiens abbatia vacaverit, vacabunt & ipſa officia. In Sabbato autem Sancto dominice reſurrectionis & pentecoſtes parochianus ſacerdos vicarius abbatis pueros baptizandos exorcizabit, & ſignabit, & inde ad eccleſiam beati *Petri* deductos abbas, quos potuerit, baptizabit, reliquos vero plebanus ſacerdos aſſiſtens baptizare debebit. Preter hec autem in ſepeliendis mortuis, qui apud eccleſiam beati *Petri* tumulandi fuerint, plebanus, vicarius abbatis, celebrata primitus in eccleſia Sancti *Adelfi* miſſa pro defuncto, corpus ipſius defuncti, remota omni contradictione, abbati & fratribus repreſentabit in eccleſia Sancti *Petri* & miſſe & exequiis de more a monachis celebrandis inter erit. ſeptimum vero, triceſimum & anniverſarium diem in eccleſia parrochiali celebrabit & poſt finem miſſe cum thure & aqua benedicta in cimiterio majoris eccleſie ſepulturam viſitabit. Preterea omnia

jura

jura tam in processionibus quae matrici Ecclesie parochialis antiquitus consuevit exhibere, exhibeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam concordiam, seu compositionem rationabiliter factam temere perturbare, seu aliquibus modis infringere aut violare, sed illibata omnia & integra conserventur. si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua Satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini nostri *Jesu Christi* aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. conservantibus autem sit pax Domini nostri *Jesu Christi* quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen amen. amen. Datum *Cremone* per manum *Johannis* S. Romane ecclesie presbiteri Cardinalis, & Cancellarii. Non. Aprilis, indictione X, incarnationis Dominice anno MCLXII, pontificatus vero Dompni *Victoris* pape quarti anno tertio.

(a) Confer. cum eadem charta a *Schöpflino* edita in *Alsat. Diplom.* *Tom.* I. pag. 250.

CXCII.

BULLA *VICTORIS* III. ANTIPAPAE QUA CONFIRMAT BONA ET IURA ABBATIAE *ERSTEINENSIS.* Data XVI. junij M.C.LXII.

Ex tabulario capituli Majoris Argentinenſis.

Victor Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in *Christo* filiabus Abbatiſſe ac Conventui monaſterij *Ersteinenſis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Novit Apoſtolice ſedis Clementia humiles & devotos filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere, &, ne pravorum hominum moleſtijs agitentur, eos, tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere; ea propter dilecte in Domino filie, devotionem veſtram, quam erga beatum *Petrum* & nos ipſos habere dinoſcitis, attendentes, perſonas veſtras & monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipate, cum omnibus bonis, que in preſentiarum juſte & legitime poſſidet aut in futurum juſtis modis, Deo propicio, poterit adipiſci, ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, vobis & per vos eidem monaſterio Apoſtolica authoritate confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum fas ſit, hanc noſtre protectionis & confirmationis paginam infringere aut ei aliquatenus contraire, perſonas veſtras vel bona temere perturbare ſeu quibuslibet moleſtijs fatigare. Si quis autem hoc attentare preſumſerit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum *Petri* & *Pau-*

li

li Apostolorum ejus & nostram se noverit incursurum. Datum *Cremone* XVI. Kal. julij Pontificatus nostri anno tercio.

CXCIII.

THEODORICUS MILES ET *PETERSA* SOROR EIUS DE CONSENSU *ERPHONIS* ABBATIS PRAEDIUM SUUM IN *RUGERSHEIM* FRATRIBUS ECCLESIAE IN *LIXHEIM* CONCEDUNT. Dat. XXIX. junij M. C. LX. II.

Ex autographo Collegiatae Neovillarensis. (a)

In nomine Patris & filii & Spiritus Sancti, cujus inspirante gratia christiane devotionis procedunt officia. Salubre censetur tam rebus, quam animabus, ut quod pium dictis agitur, scriptis memorie commendetur, ne sinistre occasionis impulsu temere dissolvatur. Quapropter ad intimandum posteris mandatur literis, quod miles quidam *Theodericus*, & soror ejus *Petersa* ex nobiliori familia sancti *Petri* apostoli *Noville* predium suum apud *Ruockersheim* (b) partim pro precio, partim eciam pro remedio anime sue *Linkesheimensis* (c) ecclesie fratribus conferre decreverunt. verum quia libera donatione, utpote ministeriales homines uti non poterant, ipsum predium super altare beati *Petri* ab heredibus oblatum predicte fratres ecclesie sub annuo reditu, sex scilicet denariis, memorati festo apostoli dandis,

dis, hereditario jure ſuſceperunt. Hanc igitur donationem venerabilis ejusdem eccleſie *Novillarenſis* abbas *Erpho* ſub anathematis interminatione confirmavit, praeſentem Kartam & aliam huic conſimilem, ſigilli ſui impreſſione ſignari curavit, & obtruncatis ad cauthelam in fine Litteris unam ſuis fratribus, alteram Linkesheimenſibus commendavit. hujus donationis ſunt teſtes idonei reverendus abbas novillarenſis *Erpho* ſcilicet, & *Waltherus* abbas Buoſendorfhenſis, (d) *Sigefridus* & *Folmarus*, utriusque priores Cenobii, *Rabbodo* prepoſitus, *Fridericus* cellarius, *Sigeboldus* cuſtos, *Rudolfus* camerarius, *Henricus* capellanus. itidem ſeculares *Eberhardus* advocatus de *Huneburc*, (e) *Fridericus* de *Edendorff*. (f) *Otto* ſecundus advocatus de *Nuwilre*. *Eberwinus* de *Hattenmatha* (g) *Otto* de *Windeberc* (h) & filius ejus *Cunradus*. *Adelbertus* de *Eroldesheim*, (i) & alii quam plures utriusque conditionis & ſexus, qui ad feſtivitatis cultum S. *Petri* convenerant. Acta ſunt haec MCLXII. Dominicae incarnationis III. Kal. Jul regnante *Friderico* Romanorum Imperatore magnifico, preſidente *Stephano* Metenſi Eccleſie, *argentine* vero *Burchardo* in pace, Amen.

(a) Confer. *Schöpflini Alſat. Diplom. Tom.* 1. p. 254.

(b) *Rugersheim.*

(c) *Lixheim* oppidum duabus leucis a *Pfalzburgo* diſtans. Prioratus in *Lixheim*, cui incrementa ſua debet ejusdem nominis oppidulum, fuit fundatus circ. an. 1112. a *Folmaro* IV. Comite Metenſi inter *Sarburgum* & *Pfalzburgum*, pendebat-

batque ab Abbatia S. *Georgii* in nigra ſilva; Deſtructus fuit medio ſec XVI. & a Benedictinis derelictus. Ulteriora ejus fata deſcribit *Calmet* Notice de la Lorraine Tom. 1. p. 670.

(d) *Buſendorff* gallice *Bouſonville.*

(e) *Eberhardus* de *Huneburg* advocatus Abbatiae Neovillarenſis.

(f) prima hic fit mentio Dynaſtarum de *Ettendorff.*

(g) *Hattmat.*

(h) *Wintersberg* prope *Weschem.*

(i) id eſt, de *Ernolsheim*, idem qui *Albertus* de *Heroldesheim* memoratus ſupra in charta *Erphonis* Abbatis Neovillarenſis an. 1158.

CXCIV.

CHARTA NOTICIAE, QUOMODO JUS PATRONATUS ECCLESIAE IN *DANGENDORFF* AN. 1162. PERVENERIT AD ABBATIAM *NEOBURGENSEM* ET QUOMODO IDEM EI DENUO FUERIT CIRCA 1187 ASSERTUM.

Notum ſit tam preſentibus, quam futuris, quod tempore venerabilis *Burchardi* Argentinenſis epiſcopi, (a) ſcilicet quum Comes *Hugo* caſtrum *Horburch* obſederat (b) auxiliante ſibi *Stephano* metenſi Epiſcopo & duce de *Ceringen*, univerſitas parochianorum de *Tochendorff* tam liberorum, quam miniſterialium & aliarum condicionum hominum ibidem tunc reſidencium, jus patronatus eccleſie *Tochendorff* pari voto, unanimi conſenſu, beate *Marie* & ſancte *Cruci* monaſterio Nuwen-

burch

burch in ea libertate , qua idem patronatus jure hereditario ad eos per legitimas successiones devenerat , donaverunt , eandem donationem dom. *Nendungo* ejusdem monasterii tunc abbate publice & sollempniter ad majus altare recipiente. Consequenter autem ne talis donatio inposterum a quovis posset cassari , idem dom. *N.* Abbas, quod in Ecclesia *Nuwenburch* rationabiliter factum fuerat, *Argentine* coram predicto dom. *B.* episcopo notificavit, assistentibus sibi dom *Chunrado* de *Iginsein* tunc preposito , postea episcopo, *Lentfrido* Cantore, & dom. *Heinrico* de *Hasenburch* Scolastico postea eciam episcopo, *Heinrico* de *Tanbeke* tunc Dapifero, *alberto* seniore de *Sneckenberch* preposito *bonerugie* & aliis plerisque Canonicis & Clericis, ad majorem vero prefate donationis confirmationem , dictus *N.* Abbas eandem Ecclesiam *Dochendorf* , in presentia omnium , qui prenominati sunt , *Reinfrido* Clerico juniori de *Munfersheim* , tanquam legitimus patronus concessit, prefato dom. *B.* episcopo, cunctis qui aderant audientibus, hec verba proponente: domine Abbas, de profectu monasterii vestri & vestro plurimum gaudemus ut eo amplius donationem vobis factam approbamus, quod ante aliquos annos parrochiani de *Dochendorf* publice in Synodo nostra recte & rationabiliter contra abbatem de *Wizenburch* jus patronatus ejusdem ecclesie obtinuerunt. porro succedenti tempore , mortuo jam dicto *Reinfrido* , *billungus* & *Arnoldus* frater ejus ad *novum Castrum* venientes pro fratre suo *Rudegero* in Italia tunc temporis cum dom. *Friderico* Imperatore existen-

te

te apud dom. *Hugonem* novi caſtri abbatem, tanquam legitimum ſepe dicte eccleſie *Docbendorf* patronum interceſſerunt & poſtulata tanquam viri honeſti facillime impetraverunt. itaque abbas de *Wizenburcb* audiens, quod abbas *Hugo* eccleſiam *rudegero* conceſſerit, iterato ipſi *H.* abbati & monaſterio ſuper patronatum queſtionem movit. convocatis igitur Abbas *Hugo* vicinis & parrochianis *dogendorff argentinam* perrexit, *Waltbero eutbone* & *Waltero* de *Mellisbeim* ducatum prebentibus & coram dom. *Henrico* epiſcopo in pulpitali placito ſibi competere jus patronatus ſepe nominate Eccleſie rationabiliter & publice comprobavit. (c) ſciendum eſt; quod hec eadem eccleſie priſcis temporibus hucusque conceſſione argentinenſium epiſcoporum, liberam dinoſcitur habere ſepulturam liberum quoque baptiſterium & nulli unquam matrici eccleſie fuit ſubjecta, ſed per ſe proprium ſolvit archidiacono cenſum XXX. videlicet denarios, ſicut cetere eccleſie quos tytulos vocamus.

(a) *Burchardus* Argentinenſem rexit Eccleſiam ab anno 1141 - 1162.

(b) Anno ſcilicet 1162, ut teſtatur fragmentum hiſtoricum *Urſtiſij pag.* 85. & *Chronicon breve Monaſterij S. Gregorij.*

(c) circa annum 1187.

CXCV.

FRIDERICUS I. IMP. *RUDOLFO* PRAEPOSITO S. THOMAE ARGENTINENSIS COLLEGIATAE BONA ET PRIVILEGIA CONFIRMAT.
Dat. XXIII. Febr. M. C. LX. III.

Ex autographo tabularij Collegiatæ S. Thomæ.(a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Fridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Quandocunque noſtræ corroborationis pie expoſcitur ſuffragium, celeri affectu eſt attribuendum, & ſi quid expoſcitur a nobis, quod perpetuo durare debeat, literis eſt annotandum, ne prolixitas temporum poſteris hoc dubium reddat, vel incertum. Noverit igitur omnium Chriſti imperiique noſtri fidelium tam praeſens aetas, quam ſucceſſura poſteritas, qualiter dilectus ac fidelis capellanus noſter, *Rudolfus*, Venerandae Eccleſiae B. *Thomae* in *argentina* praepoſitus, ad noſtram veniens praeſentiam omnimodam deſtructionem eccleſiae ſuae, & intolerabiles preſſuras coram nobis Lacrimabiliter expoſuit. Inter quas maximum & praecipuum erat; videlicet, quod eccleſiae ſuae manſionarii & alii, qui annualem fratribus ſuis cenſum perſolvere debent, cenſus ac debita ſervitia ad cottidianos uſus & ſtipendia fratrum ſuorum pertinentia ſingulis annis temerarie eis ſubtraherent, per quod eccleſia ſua admodum foret attenuata, quod nec fratres inibi Deo famulantes debita ſtipendia recipere, nec divina obſequia poſſent exercere. Unde nos, commu-

municato principum consilio, irrefragabile edictum quoddam super hoc promulgavimus. Tale videlicet, ut quicunque mansionariorum vel aliorum debitum eis censum usque ad festivitatem *B. Andreae* ejusdem anni non persolverent, ab advocatis earundem possessionum bona debiti census absque omni contradictione in potestatem nostram & utilitatem ecclesiae vendicarentur, & insuper illi subtracta omnia resarcire cogantur, quousque praeposito & ecclesiae suae digna satisfactio exhibeatur. Praeterea a nostra majestate postulavit, ut pro remedio animae nostrae, nostrorumque omnium parentum salute, tum quia advocacia ejusdem ecclesiae specialiter ad nos spectaret, tum quia nobis & imperio devotissima existeret, saluti ejus prospicere & ad pristinum suae dignitatis statum misericorditer eam reducere vellemus. Nos itaque considerantes in ecclesiarum tuitione plurimum salutis nostrae consistere, votis ejus clementer annuimus, & praefatam ecclesiam, omnesque possessiones ejus, curiam videlicet in *Sunthoven* (b) cum banno, agris, pratis & nemoribus, curiam in *Morswilre* (c) cum agris & vineis, duas vineas in *Kestenholtz* (d) curiam in *Epheihe* (e) cum vineis, mansum in *Criechesheim* (f), curiam in *Bischovesheim* (g) cum agris & vineis, curiam & vineas in *Rodesheim* (h), curiam in *Muzecha* (i) cum agris & vineis & pratis, vineas in *Mollesheim* (l), curiam in *Ergersheim* (m) cum agris, pratis & vineis, vineam in *Egensheim* (n), curiam in *Utenheim* (o) Cum mansis & curiis eidem

 atti-

attinentibus, in *Eggeboldesheim* (p) curiam & alias curtes cum banno, mansis, molendino & piscatione, pratis & nemoribus, curiam in *Husbergen* superiori (q) cum banno & mansis, curiam in *Huspergen* inferiori (r) cum banno & mansis, in *Adelbardesboven* (s) curtem cum banno, mansis & pratis, in *Lutpotesheim* (t) curtem & tres mansos, curtem in *Jllenkirchen* (u) cum mansis & pratis & nemore, curtem in *Tubinchheim* (x) cum mansis, cum aliis duobus mansis custodis, in *Gugenheim* (y) curtem cum duobus mansis custodis, curtem in *Husgerute* (z) cum mansis, pratis & sylva, in *Niederwilre* (aa) IIII. mansos, mansum in *Belheym* (bb), mansos in *Rinstete* (cc), in *Stuzesheim* (dd) mansos duos, dimidium mansum in *Cunegesboven*. (ee) Ecclesiam S. *Aureliae* (ff) cum decimis & curte & hortis, XV. curtes fratrum quas ipsi inhabitant, & unam quae dominicalis dicitur, juxta claustrum & curiam, quae fuit *Heinrici Hichen* & alias curtes, de quibus census datur. Item duos hortos in civitate, custodis, cum decimis S. *Thomae* in *Adelbartesboven* (gg) & decimis ultra aquam *Bruscam* a *Kaldaba* (hh) usque ad *Goldgiezen* (ii) cum omnibus aliis, quae vel nunc possidet, vel imposterum juste & rationabiliter poterit adipisci, in nostram tuitionem suscepimus, & auctoritate nostra praefatae ecclesiae confirmavimus; statuentes ac firmiter praecipientes, ut nulla Ecclesiastica secularisve persona, magna vel parva, in praedictis bonis vel possessionibus suis, de caetero eam gravare, vel aliquo modo perturbare praesumat. siquis autem huic decreto nostro obviare

at-

attemptaverit X librarum auri puriſſimi poena multetur, dimidietate camerae noſtrae, & reliqua parte praedictae eccleſiae inferenda. Quod ut verius credatur, & ab omnibus ratum ſemper & inconvulſum habeatur; praeſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Adhibitis idoneis teſtibus quorum nomina haec ſunt: *Heinricus* Wirzeburgenſis Epiſcopus, *Eberhardus* Babenbergenſis Epiſcopus, *Cunradus* Eiſtedenſis Epiſcopus, *Nicolaus* Cameracenſis Epiſcopus, *Adam* Eberacenſis abbas, *Marquardus* Fuldenſis abbas, *Hermannus* herisfeldenſis abbas, *Heinricus* S. Palatii protonotarius, *Fridericus* Dux Suevorum, *Ludewicus* Landgravius Thuringiae, *Otto* palatinus comes de *Witelinesbach*, *Marquardus* de *Hrumbach*, *Heinricus* (ll) Mariſcalcus *Bertoldus* Triscamerarius & alii quam plures. ſignum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego *Chriſtianus* cancellarius vice *Cunradi* Maguntini Archiepiſcopi & archicancellarii recognovi. acta ſunt haec anno dominicae Jncarnationis MCLXIII, indictione XI, regnante Domino *Friderico* Romanorum Jmperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus XI, imperii vero VIII. data *wirceburc* VII. Kal. Martii.

(a) Vid. *Schilterus* in *Gloſſar. Teuton.* p. 179. & *Schöpflin Alſat. Diplom. Tom I. p. 253.*

(b) *Sundhofen* vicus Comitatus Horburgenſis, quem *Richwinus* Argentinenſis Epiſcopus an. 920. Eccleſiae *S. Thomae* conceſſerat.

(c) In Sundgoviâ praedicti Episcopi donum.

(d) *Kestenholtz.*

(e) *Epfich.*

(f) *Griesheim.*

(g) *Bischen* sive *Bischoffsheim* prope *Argentinam.*

(h) *Rosheim.*

(i) *Mutzig.* Curtem unam cum vineis adjacentibus in *Muzzecca* marca *S. Thomae* tradidit *Richwinus* Episcopus.

(l) *Molsheim.* In marcha Mollesheimero vineas sex in perpetuam dotem dederat *S. Thomae* Adalochus Episcopus Argentinensis.

(m) *Ergersheim* in *Argeresheim* marca quidquid viniferi, frugiferique ruris situm est donavit *Richwinus.*

(n) *Egisheim.*

(o) *Jttenheim. Udenheim* cum pertinente servitio *S. Thomae* tradidit *Richwinus.*

(p) *Eckbolsheim* vicus ad *Bruscam* prope Argentinam, antiquum a *Dagoberto* Rege Austrasiae concessum *S. Thomae* patrimonium, in quo dicta Collegiata gaudet dominio, decimis & jure patronatus.

(q & r) *Oberhausbergen & Niderhausbergen. Richwinus* Episcopus *S. Thomae* concessit superius *Hugesbergen* & inferius *Hugesbergen* cum pertinente servitio.

(s) *Adelshofen Adelochi* Episcopi donum an. 1392. destructus, civibus ejus *Schiltighemium* translatis.

(t

(t) *Lipsheim.*

(u) *Illkirch.* In *Illachirecha* marcha manſae ſex, quae ad *Eburbartum* comitem emerat, pro remedio animae ſuae fratribus *S. Thomae* a *Richwino* Epiſcopo ad annonam traditae ſunt.

(x) *Düppichheim.*

(y) *Gugenheim.*

(z) *Hausgereuth* ultra Rhenum.

(aa) *Niderville.*

(bb) *Belheim.*

(cc) *Rinſtett.*

(dd) *Stützheim.*

(ee) *Koenigshofen* vicus *Argentorato* vicinus extra portam turris albae ſitus ſeculo XIV. deſtructus incolis ejus in urbem translatis. vid. *Schöpflin Alſat. Illuſtr. T. I. p. 701. & T. II. p. 352.*

(ff) Eccleſia parochialis *S. Aureliae* in ſuburbio civitatis Argentinenſis ſita, quam cum decimis & alijs ſervitijs *Thomanae* Eccleſiae conceſſit an. 940. *Ruthardus* Argentinenſis Epiſcopus.

(gg) Eccleſia Collegiata *S. Thomae* quosdam adhuc redditus loco decimarum percipit in *Schiltigheim.*

(hh) *Kaldaba* eſt ſitus in eo loco, ubi nunc incipit *Lanionum augia* dicta Metzgeraue. *Silbermann* local geſchichte der Stadt Strasburg pag. 140. *Aqua que Kaltabe vocatur, extra muros Argentine*, memoratur in Legenda *S. Aureliae*, quae ibidem febre correpta ſpiritum creatori reddidit.

 (ii)

(ii) Hodie *Goldgiessen.*

(ll) Id est Camerarius summus. *Triscamerarium Romani Imperij e diplomatibus restitutum* exhibet *Henricus Gottlieb Francke* in Commentatione *Lipsiae* an. 1736. edita. Archiepiscopo *Ebredunensi* an. 1276. dignitatem Triscamerarij auxit & confirmavit *Rudolfus* primus Rex diplomate, quod retulit de *Valbonays* histoire de *Dauphine* Tom. 2. p. 13. In actis Concilij Provincialis Ebredunensis an. 1727. habiti. D. *Petrus de Guerin de Tencin* dicitur *Archiepiscopus Princeps Ebredunensis sancti Romani Imperij Tricamerarius.*

CXCVI.

FRIDERICUS I. IMP. ABBATIAM MAURIMONASTERIENSEM CUM POSSESSIONIBUS SUIS SUB SUAM RECIPIT PROTECTIONEM. Datum VIII. jul. M.C. LX.III.

Ex autographo tabularii Abbatiae Maurimonasteriensis.

In nomine sancte & individue Trinitatis, *Fridericus* divina favente clementia Romanorum imperator augustus. quandocunque nostre corroborationis pie exposcitur suffragium celeriter est attribuendum, & si in his exposcitur aliquid, quod perpetuo durare debeat, literis est annotandum, ne prolixitas temporis hoc dubium reddat, vel incertum. quapropter noverit omnium christi imperii-

periique nostri fidelium tam presens etas, quam successura posteritas, qualiter nos pro petitione carissimi nostri *Theodorici* Metensis Episcopi & pro nostra omniumque parentum nostrorum salute venerabilem maurimonasteriensem ecclesiam cum omnibus personis, rebus & possessionibus suis mobilibus & immobilibus, intus & foris, longe vel prope positis quod nunc habet, vel in posterum liberalitate Regum, donatione principum, largitione pontificum, seu quorumlibet collatione fidelium rationabiliter poterit adipisci, in nostram tuitionem suscepimus, et ut quecunque ei dilectus noster *Theodoricus* (a) Metensis Episcopus ejusque predecessor felicis memorie Stephanus concessit, atque remisit, & scripto communivit, auctoritate presentis privilegii confirmamus, & ejusdem ecclesiae abbati *Cunrado*, ejusque successoribus & omnibus ejusdem loci fratribus perpetuo tenenda & possidenda stabilimus. statuentes etiam firmiter decernimus, ut nulla persona magna vel parva, ecclesiastica aut secularis in prefatis bonis ecclesiam gravare, vel abbatem impedire presumat. quod si quis temerario ausu facere presumpserit, decem libras auri purissimi pro pena persolvat, dimidietatem ecclesie prenominate, reliquam partem camere nostre inferendam. quod ut verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter observetur, presentem inde paginam conscribi & impressione sigilli nostri insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt: *Rudolffus* episcopus argentinensis, *Folmarus* pri-

micerius Metensis, *Lentfridus* choriepiscopus argentinensis, *Hugo* abbas Cluniacensis, Engelsavus abbas Wisburgensis, *Reginoldus* abbas selsensis, *Bertoldus* Dux Burgundionum, *Conradus Palatinus* comes Rheni, *Wetzele* comes de *Eberstein*, *Udalricus* de *Hurmingen*, *Otto* de *Geroltesfeoke* advocatus ipsius loci, *Henricus* de *Egestein*, *Egenolfus* de *Urselingen* & alii quam plures, signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris invictissimi. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M. CLXIII. indictione XI, regnante domino *Friderico* Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XI, imperii vero VIII. data apud *Selsam* VIII. Jdus julij, in christo feliciter, amen.

(a) *Theodoricus III.* filius *Renaldi* Comitis Barensis electus fuit an 1163. Episcopus Metensis in locum *Stephani* Barensis, qui erat ejusdem patruus. Obijt ipse 8. Augusti 1171.

CXCVII.

CXCVII.

REGINALDUS ABBAS SELSENSIS ALLODIUM QUODDAM IN *EBERBACH* AGNETI ABBATISSAE *REGIOPONTANAE* ET EIUS ABBATIAE IN EMPHYTEUSIN CONCEDIT. Dat. XXIV. Septembris M.C. LX.III.

Ex tabulario Abbatiae Regiopontanae (a)

R*eginoldus* Dei gratia Salſenſis humilis Abbas. quando quidem more fluminum etas decurrit hominum, & facile labitur a memoria, quod per annorum protenditur curricula, mandandum cenſemus Littere, quod transmittere curamus generationi altere, quapropter notum eſſe volumus tam futuri quam preſentis evi generacionibus, qualiter ego *Reginoldus* Dei gratia Salſenſis eccleſie abbas & predeceſſor noſter pie memorie *Walterus* hujus nominis ſecundus abbas allodium apud villam *Eberbach* (b) poſitum, quo *Dagobertus* miles ab eccleſia noſtra quondam inbeneficiatus fuerat, *Agneti* abbatiſſae de *Regisponte* & ſuis conſororibus deinceps inibi Deo & ſancte *Margarete* famulantibus, aſſenſſu fratrum & miniſterialium noſtrorum jure hereditario conceſſimus, ea videlicet taxatione, quatenus annuatim paſchali tempore VIII. agnos & in nativitate Sancte *Marie* V. ſolidos ſalſenſis monete perſolvant eccleſie noſtre, & decimaciones ejusdem allodii, cui jure debet dare, non negligant. Ut autem hec rata & inconvulſa

vulsa permaneant, cartam hanc inde conscribi & sigilli nostri Impressione corroborari, & nomina testium subnotari fecimus. *Erlewinus* prior, *Heinricus* plebanus, *Fridericus* causidicus, *Wernherus* Thelonearius, *Arnoldus* de *Winzenbach*, (c) *steven*, *Bertoldus Arnuldus* Burgundiensis, *Eberhardus Herzolfus* & alii quam plurimi. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXIII, indictione XI. concurrente I, VIII. Kalend. Octobris.

(a) Confer. *Schöpfflinus Alsat. Diplom. T. I.* p. 255

(b) *Eberbach* Baroniae *Fleckensteinensis* vicus pertinens ad Principem *de Rohan-soubise*, in quo decimis gaudent Collegium Regium Argentinense juribus Abbatiae selsensis succedens. Bona quaedam ibi hodie possidet Abbatia Regiopontana.

(c) *Wintzenbach* una leuca distans ab *Eberbach*.

ad XXXVI.



ad XXXVI.



ad XXXVI.



XXXVII.



ad XXXVII.



XXXVIII.





